DE CICERONIS CATONE MAIORE

DISSERTATIO INAVGVRALIS MONACENSIS

QVAM AD SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

CAROLVS SIMBECK

VNTERAVERBACHENSIS

LIPSIAE TYPIS B. G. TEVBNERI MCMXI

De dissertatione probanda rettulerunt ad ordinem
Proff. Dr. Fridericus Vollmer et Dr. Carolus Weyman
a. d. V. Id. Dec. MCMIX

Totum opus ex aedibus B. G. Teubneri in lucem prodibit.

FRIDERICO VOLLMER

PIETATIS CAVSA

Ciceronis de senectute libelli quamquam permulti codices exstant, tamen F. Ramorinus[1]) ex eis Ciceronis ipsius verba negat posse omnibus locis satis exacte restitui. Cui ita assentiendum est, ut concedatur singulos codices haud paucis locis corruptos esse et saepissime alium ab alio discrepare; sed si, quibus editionibus Ramorinus uti potuerit, consideraverimus, facere non poterimus quin eum scrupulosius quam verius rem tractavisse opinemur. Nam iam Orellius[2]), etiamsi ei praeter codicem *P* (apud eum *R*) et *E* duo soli codices eique minimi ponderis praesto erant, Trevirensis et Basileensis, maxime operam dederat contextui emendando permultis prioribus editionibus summa diligentia inspectis.[3]) Madvigius[4]) vero, quo erat ingenii acumine, nonnullos locos optime correxit; quem saepe rectissime iudicasse ex codicibus postea repertis cognitum est. Eodem fundamento quo Orellii et Madvigii editiones Tischeri[5]) et Klotzii[6]) nituntur. Halmius[7]) vero praeter *P* et *E*, quorum collationes comparaverat, etiam *BIS* Monacenses, quos ipse inspicere poterat, *R*, *N*, Gudianum (saec. XIV), Oehlerianum (saec. XIV) nonnullosque alios deteriores codices ad textum constituendum adhibuit.[8])

P Quos inter codices facile principem locum obtinet *P* inter Parisinae bibliothecae nationalis libros manu scriptos Latinos n° 6332, qui saeculo IX. exaratus esse videtur. Is liber continet a folio 1—76ª Tusculanas disputationes et inde usque ad fol. 88ᵇ Catonem maiorem, qui in fine mutilatus est (ultima verba sunt *dubitasse quin ex* § 78). In singulis paginis binae sunt columnae vicenarum septenarum (in Tusculanis duodetricenarum) linearum. Memoratu dignum est etiam hunc codicem *στιχηρῶς* scriptum esse.[9]) Cuius libri scripturae imaginem dedit Chatelainius.[10]) Ego possideo singulas paginas photographice depictas. Praefixa est haec inscriptio: M. TVLLII CICERONIS TVSCVLANARVM QVAESTIONVM LIBRI V. Inscriptio libelli, qui est de senectute, est haec: INCIPIT LIB̃ CATONIS DE SENECTVTE: Apparent in hoc codice permulta correctoris fere coaevi vestigia; glossae, quae paucae in margine adscriptae erant, maxima ex parte desectae sunt. Huius codicis manus secunda quo rediret, Halmius videre non potuit.

Recentiores autem codices ab Halmio adhibiti quamquam multis locis meliorem lectionem praebent, multo minoris ponderis sunt, quod fluxerunt ex mixto codicum genere. Halmius, etsi, quae ratio inter hos et *P* inter-

---

1) Riv. di fil. 15 (1887) p. 247. 2) ed. Turici 1828.
3) cf. Indicem editionum (Onomast. Tull.)., Turici 1836, p. 315 sqq.
4) ed. Havniae 1835. 5) ed. Halis 1847. 6) ed. Lipsiae 1831.
7) Halm-Orelli-Baiter ed. Turici 1864; Baiter et Kayser ed. Lipsiae 1864.
8) cf. Indicem codicum ad Ciceronis opera edenda adhibitorum, Monaci 1850.
9) v. S. G. de Vries, Exercitationes palaeogr., Lugd. Bat. 1889 p. 5. Dahl, Zur Handschriftenkunde und Kritik des ciceronischen Cato maior II. (Codd. Parisini), Christianiae 1886 p. 5 sqq.
10) Paléographie des classiques Latins, tab. 44, 1.

cederet et quo vinculo ipsi inter se cohaererent, eum fugit, rectis eorum lectionibus non est pellectus ad falsas opiniones, id quod ei summae laudi tribuendum est. Earum lectionum fonte reperto editores habere, ubi firmiter initerentur, Havetus[11]) rectissime intellexit. Codex *Q* a Baitero[12]) descriptus nihil adferre poterat auxilii, quippe cum ipse deteriorum numero adtribuendus sit.

L Quaestio haec difficilis, unde ortae sint lectiones deteriorum codicum meliores, expedita est codice *L* (Leidensi Vossiano in fol. 12) a Mommseno[13]) invento ac publici iuris facto. Is codex, cuius item photographa habeo, X. fere ineunte saeculo exaratus Parisino paene par idemque magnam partem fons esse videbatur lectionum a *P* discrepantium, quas recentiores codices habent. Olim codicem inter suos libros fuisse P. Daniel in pagina 11^b ipse scripsit. In hoc libro inest a fol. 1^a—10^a Cato maior, inde usque ad finem pars Macrobii in somnium Scipionis commentarii; ultima verba sunt 1, 4, 2 *nec triumphos arescentibus laureis.* In singulis paginis sunt 32 lineae. Inscriptio est haec: M̃. T̃. Λ̃. TULLII CICERONIS CATO MAIOR de senec^{tute}, in fine legimus hanc subscriptionem: CICERO$\overset{s}{\mathrm{N}}$ DE SENECTUTE LI$\overset{s}{\mathrm{B}}$ FI$\overset{s}{\mathrm{N}}$. Macrobii commentario praefixa est haec inscriptio: AMBROSII (manu sec.) MACROBII THEODOSII ∴ IN SOMNIUM SCIPIONIS ∴ L͞I͞B : INCI$\overset{s}{\mathrm{P}}$. Scripturae huius codicis imaginem reperimus in tabulis depictis Chatelaini.[14]) *L* et *P* alter ad alterum correcti sunt ita, ut L^2 respondeat manui priori codicis *P* et P^2 maxima ex parte cum L^1 consentiat. Ex his duobus codicibus recentiores libri manavisse videbantur. Quod demonstrare conatus est Tomanetz[15]), qui, quantum ex utroque eorum in singulos deteriores codices fluxisset, se repperisse putabat. Cuius stemma omnino esse falsum apparebit ex eis, quae sequentur. Codicem *L* multum auxilii adtulisse ad contextum variis locis emendandum non est, quod negemus. Nam Muellerus[16]) eum diligentissime in editionem suam, qua nititur magnam partem etiam Schichius[17]), adhibuit, quamquam ei nihil praesto erat nisi Mommseni collatio. At Mommsenus et Muellerus hunc codicem pluris fecerunt quam valet.

V Alius vero codex, quem Dahlius Lugduni Batavorum invenit et quem Gemollius et Dahlius contulerunt et divulgaverunt[18]), Vossianus lat. O 79 (*V*) Parisinum pretio adaequat. Qui saepius cum *L* consentit contra *P*, multis autem locis cum *P* dissentit ab *L*. Ad hunc librum Vossianum eae lectiones manus secundae codicis Parisini, quae non ex *L* fluxerunt, referendae sunt. Continet codex: 1^0 fol. 1—27^{vo} Ciceronis de senectute libellum. 2^0 de animi motibus. 3^0 de supinis verbis. 4^0 Marii Plotii Sacerdotis de

11) Journal des savants 1902 p. 372. 12) Philol. 21 p. 536 sqq. 675—679.

13) Monatsber. d. Berliner Acad. d. Wissensch. 1863 p. 10—21. Cf. J. G. Baiter, Philol. 21 p. 535 sq. G. Lahmeyer, Philol. 23 p. 473—81. L. Mueller, Mus. Rhen. N. F. 22 p. 84; 23 p. 657. Ruediger, Zeitschr. f. d. Gymnasialw. 1864 p. 798 sq. Dahl I (codd. Leid.) p. 4 sqq. Vries p. 7 sq.

14) tab. 40^A.

15) Über den Wert und das Verhältnis der Handschriften von Ciceros Cato Maior, Vindobonae 1883 et 1886.

16) ed. Lipsiae 1878 sqq. 17) ed. Lipsiae 1884.

18) Gemoll, Hermes 20 p. 331 sqq. Dahl, Christiania Videnskabs-Selskabs Forhandlinger n° 23, Christianiae 1885. cf. Groot, Hermes 25 p. 293 sqq.

metris. 5° Centimetrum ad Albinum decus praetextatorum. In singulis paginis Catonis maioris sunt 18, in ultima vero 12 lineae. Inscriptio est haec: M̃. TULLII CICERONIS CATO MAIOR UEL DE SENECTUTE, subscriptio: FINIT DE SENECTUTE. In hoc codice corrector fere coaevus grassatus est et multa in Ciceronis verbis ex *P* correxit variasque aliquot lectiones glossasque permultas et inter lineas et in margine adscripsit. Huius codicis glossae sat uberes quanti sint, postea perquiram et, quid invenerim, divulgabo. Imaginem libri dedit Chatelainius[19]), mihi praesto sunt photographa.

b Ad hos codices accedunt alii duo, *b* et *A*, quorum illum Anzius[20]) et Kornitzer[21]) et postea Moore[22]) adhibuerunt, hoc a de Vries[23]) divulgato inprimis Moore in editione sua usus est. Sed Anzius, Kornitzer, Moore ex *b* (apud eos *Br*) non attulerunt nisi paucas lectiones. Quem librum cum v. d. Fridericus Vollmer in Thomae[24]) catalogo invenisset, in suspicionem venit fore operae pretium librum accuratius explorare; itaque eum photographice depingendum curavit mihique auctor fuit, ut diligentius studium in eo ponerem. Descriptus est hic liber a Paulo Thomas, quem supra dixi, et ab J. van den Gheyn[25]). Continet a fol. 56^b usque ad fol. 65^b Catonem maiorem et est exaratus saeculo IX. fere ineunte vel medio[26]), in membrana pulchra, litteris minusculis erectis, in titulis vero maiusculis et capitalibus et uncialibus. In singulis paginis sunt quadrageni versus in primis quinque paginis, triceni septeni a pagina sexta usque ad nonam, triceni seni a pagina decima usque ad septimam decimam, in ultima pagina viginti quinque versus. Quae praeter Catonem maiorem insunt, post patrem van den Gheyn singula repetere supersedeo. Hunc codicem esse vetustissimum ex litteris ipsis intellegimus. Quae cum pulcherrimis litteris minusculis aetatis Carolingicae facile comparari possunt. Maxima similitudo intercedit inter hunc codicem et *P*, *L*, *A*, Parisinum 7774, qui continet orationes Verrinas[27]), Harleianum 2736, in quo insunt libri de oratore[28]), Holchamicum 387[29]), Parisinum 8850[30]), Oblongum Leidensem Lucretii, qui omnes nono fere saeculo exarati esse videntur. Etiam codex Bernensis 366 (Valerii Maximi), cuius unam paginam Lindsay photographice depictam divulgavit[31]), simillimis litteris scriptus est. Litterae codicis *b* multo diligentius confectae multoque pulchriores sunt quam codicis *V*, qui item ac codex 19 Sangallensis[32]) non ita magna diligentia exaratus est. Imitantur eas litteras, quas monachi scholae Turonensis usurpabant, cuius scholae propria Delislius[33]) examinavit. Singulae litterae sunt magnae et plane ex-

---

19) tab. 41, 1. 20) ed. I. Gothae 1889. 21) ed. Vindobonae 1892.
22) ed. Nov.-Eborac. 1904. 23) Exercit. palaeogr. Lugd. Bat. 1889.
24) Catalogue des Mss. de Classiques Latins de la bibl. royale de Bruxelles, Gaud 1896, n° 98 p. 32.
25) Catal. des Mss. de la bibl. royale de Belgique 1902 n° 1372 p. 303.
26) In Thomae catalogo legimus p. 32 falso „saec. XV“, id quod in fine correctum est in „saec. IX/X“.
27) cf. ed. Thomas, Paris. 1885 p. 30. cf. Chatelainium tab. 31, 1.
28) cf. apud Chatelainium tab. 19^a.
29) cf. Berol. ephem. philol. 1903, 1 p. 10 et apud Chatelainium tab. 27^a.
30) cf. Steffens, Lat. Palaeogr., Friburg. 1903 ad annum 827.
31) Classical philology 1909, April. n° 2.
32) Steffens, exemplar ad ann. 872—888.
33) Mémoire sur l'école calligraphique de Tours au IX^e siècle (Extrait des Mém. de l'Académie des Inscr. et Belles-Lettres, tom. XXXII, 1) Paris. 1885 p. 7.

pressae, *bdhl* superne formam cunei habent. *A* Carolingica (cc) permixta legitur cum *a* et semiunciali ꝺ; *g* plerumque superne et subter aperta est, *srf* interdum non facile altera ab altera distingui possunt, *e* saepissime tenuem lineam obliquam habet, forma litterae *r* non solum est r, sed etiam ꝛ, praesertim in abbreviatione ꝝ (= rum). Capitales litterae imitantur eas, quas in monumentis Romanorum conspicimus, saepe rusticae esse videntur. Plurimis locis legimus M VR N, hanc saepissime ligatum cum T; praeterea saepe occurrit nobis ᗰ uncialis; E est simillima litterae I. Prima totius libri littera initialis O est maxima et sine ornamentis. In tertia pagina in XIV. linea E, in paginae quintae linea XIV. Q, in paginae undecimae linea XXIV. B, in pag. septimae decimae linea sexta J, lin. septima V, lin. duodecima S, linea vicesima S capitales ante lineam ipsam in margine sunt scriptae, id quod in codice *P* per totum librum factum esse animadvertimus. Ligatae leguntur litterae *r* et *t*, *s* et *t*, *n* et *t*, *e* et *m*, *e* et *n*, porro *ae ę e* sine ullo discrimine usurpantur velut *&as a&as ętas*; confunduntur inter se *p* et *r* (§ 39 *accirite* pro *accipite*, *ortimi* pro *optimi*).[34]) Interpunctionis signum est punctum, quod saepius falso loco positum est velut § 1 *grauius. Commoueri.* Interrogandi signum non est positum nisi in paginae ultimae linea tertia et octava; forma eius signi est ~, quae etiam in *L* nobis occurrit. In ultima parte codex litteris minus pulchris scriptus est, sed non possumus inde colligere hanc partem esse ab alio scriptore confectam.

Scriptor parce membrana usus esse videtur. Nam titulum sine maiore spatio cum eis, quae antecedunt, coniunxit et, quae tum erant usitata abbreviationis signa, saepissime nobis occurrunt. ʳ est nota syllabarum *-ur* et *-us* (cf. § 69 *datʳ* = datur; *contentʳ* = contentus), *b;* pro -bus, *q;* pro 'que' et 'quae' (semel § 72 'quae' = q̄), ' pro -us, ꝝ et *℞* pro -rum, *int̄* = inter, p̄ = 'prae', ꝑ = 'per', ꝓ = 'pro', *dr̄* = 'dicitur', *vix̄* = 'vixit' (§ 14), *n̄* (§ 19 NO) = non, *quō* et *qm̄* = 'quoniam', *mͥ* = 'mihi', *s̄* = 'sunt', *ē* et ÷ = 'est', *ēē* = 'esse', *ūra* = 'vestra', *nr̄t* = 'noster' (§ 10), *spm̄* = 'spiritum', *gla* = 'gloria' (§ 10).[35]) In rebus orthographicis scriptor certam normam secutus non est neque elucent ex codice ulla propria exemplaris, unde is fluxit. Legimus *admirari*, *ammirari* (§ 3), *am̄irari* (§ 4), *quaerella* (§ 7) et *querela* (§ 7), *adulescentia* et *adolescentia*, *inquid* et *inquit*, *mihi* et *michi*, *nihil* et *nichil*, *iucundus* et *iocundus*, *admodum* (§ 4) et *ammodum* (§ 10), *opido* (§ 11), *sepaenumero* (§ 4), *collaega* (§ 11), *chethego* (§ 10), *anibale* (§ 10), *explicauit* pro *explicabit* (§ 3).[36]) Codicem *b* derivatum esse ex exemplari, quod scriptura continua erat scriptum, apparet ex eo, quod nonnumquam vocabula singula male sunt distincta velut § 2 *es secerto*, § 3 *istam* pro *is tam*, § 10 *tuocur rebas*, § 59 *derecto sinquincun cemordines* et sim. Dittographiae quae dicitur exempla sunt multa velut § 9 *omā aetate*, § 80 *omnia amixtione* et saepius, haplographiae contra rara velut § 28 *sermo quiet remissus. b* saepe et singula et plura vocabula omisit, interdum eadem quae *LA*, unde *bLA* ad idem exemplar redire colligimus. Manus eadem, quae codicem scripsit, locis viginti duobus priora verba correxit.

---

34) Item LA.
35) cf. W. M. Lindsay, Contractions in early latin minuscule Mss., Oxford 1908 p. 4. 36) item LA.

Nam si *b* ab alio correctore perlectus esset, certe aliquot locis omissa verba essent suppleta et nonnulla menda correcta. Praeterea in *b* ne unam quidem glossam reperimus, quae in *A* et *V* sunt plurimae. *b* frater est eius exemplaris, unde *LA* fluxerunt. Ob eam rem codex *b* maximi est momenti. Dahlius[37]) putat codicem *V* esse alterum codicem Danielis[38]); sed quod glossa *ignobilis* (§ 8), quam in illo altero codice omnino deesse Daniel dicit, etiam in *b* et *A* ne secunda quidem manu est adscripta, dubium est, an Dahlius recte suspicetur.

A In *A* nihil reperimus nisi Catonem maiorem et Somnium Scipionis cum Macrobii commentario, unde colligere possumus magnam partem codicis *L*, in quo praeter Catonem solum quinque paginae Macrobii commentarii exstant, perisse. Codex *A* accurate descriptus est a S. G. de Vries[39]), imaginem unius paginae videmus apud Chatelainium.[40]) Ex tabulis meis photographice depictis vidi lectiones, quas de Vries affert, maximam partem diligenter esse lectas et observatas. Hunc librum ex eodem fonte atque *L* manavisse apparet.

Quod *V* saepe a *P* et *L* discrepat, Clarkius[41]) censebat eum neque ex *P* aut *L* manavisse neque ad eundem fontem atque *P* aut *L* redire. Quae opinio falsa est. Nam archetypus Ω bis transcriptus est et *PV* fluxerunt ex altero horum exemplarium x_1, *bLA* vero ex altero x_2. Hoc elucet ex his praecipue locis:

	$PV = x_1$	$bLA = x_2$
§ 1.	*licet enim mihi versibus*	*licet enim versibus*
§ 2.	*et me* (om. V^1) *ipsum*	*et me etiam ipsum*
	et si te quidem id modice	*et si te qui id modice* (*aequi id modice* A^1)
§ 3.	*aut aristo P, ut aristoteles V*	*ut aristo chius*
	attribuito P, adtribuito V	*id tribuito L^1, id tribuitur A^1, id tribulato b*
§ 4.	*accusant adeptam*	*accusant adepti*
	agerent quam octogesimum	*agerent quam si octogesimum (octogessimum L)*
§ 6.	*istuc quo pervenisti*	*istuc quod pervenisti*
§ 10.	*comitate condita grauitas*	*comitate condita uirtus grauitas* (*comitate condita uirtus grauis* L^1A^1)
	tarentum quaestor. deinde aedilis (*edilis V*) *quadriennio post factus sum praetor quem magistratum gessi*	*tarentum. questorquē* (*questor qm̄* L^1, *questor quō* A^1) *m. g.*
§ 11.	*mea opera quinte fabi*	*mea opera fabi*
§ 12.	*nihil est admirabilius* (*ammirabilius V*)	*nihil ammirabilius*
§ 13.	*quorsus*	*quorsum* (*cursum* L^1A^1)
	pedestres navalisve pugnas	*pedestres navalesque pugnas*
§ 14.	*acilius facti sunt ille autem scipione*	*acilius ille autem coepione*
§ 15.	*nihil ergo agebat quintus maximus*	*nihil ergo agebat aut* (om. *b*) *maximus*
§ 17.	*at uero multo* (om. *P*) *maiora*	*at uero multa maiora*

37) codd. Leid. p. 5. cf. de Vries p. 8. Baiter, Philol. XXI p. 535.

38) v. H. Hagen, Der Jurist und Philolog Peter Daniel aus Orléans, Berol. 1879. 39) p. 13 sqq. 40) tab. 40B.

41) Anecdota Oxoniensia, Collations from the Harleian Ms. of Cicero 2682, Oxford 1892.

	$PV = x_1$	$bLA = x_2$
§ 19.	*cum simul consul*	*cum consul*
§ 20.	*ut est* (om. *V*) *in neuii posteriori libro*	*ut in naeuii* (*neuii A*) *poetae ludo*
§ 23.	*num igitur hunc num esiodum . . . gorgian num homerum*	*num igitur hunc num* (om. L^1) *homerum num hesiodum*
§ 24.	*mirum sit*	*mirum est*
	nihil ad se omnino pertinere	*nihil a se omnino pertinere*
§ 25.	*quam illud idem*	*quam illud ennii idem*
	quae uult atque in ea	*quae uult aitque in ea*
§ 26.	*dicit senem fieri*	*dicet se nec fieri*
	audire uellem equidem	*audirem uellem equidem*
§ 27.	*elephanti desiderabam*	*elephanti desiderabant*
	decet uti et quicquid	*decet* (*docet* L^1) *uti es quicquid*
	sextus emilius	*sextus aelius*
§ 28.	*compta et mitis oratio*	*cocta et mitis oratio*
§ 29.	*senectuti* (*-e* V^1) *relinquimus*	*senectuti relinquemus*
§ 32.	*uellem equidem idem posse gloriari*	*uellem equidem idem possem gloriari*
	M. glabrione	*M. acilio glabrione*
	qui fuerim occupatus	*cum fuerim* (*fuerit* L^1A^1) *occupatus*
§ 33.	*bouem uiuum. igitur*	*bouem. uirum* (*bouem uirum.* L^1) *ig tur*
	cuique parcitatis	*cuique parcietatis* (*parciaetatis* L^1)
§ 34.	*etiam senectute*	*etiam in senectute*
	non desunt (*ne desint P*) *in senectute uires*	*non sunt in senectute uires*
§ 36.	*ualetudinis, utendum exercitationibus modicis, tantum cibi et potionis adhibendum*	*ualitudinis adhibendum* (cetera om.)
	senes hoc (om. V^1) *significat*	*senes hos significat*
	quae uitia sunt non senectutis, sed inertis ignauiae somniculosae senectutis	*quae* (*que b*) *uitia somnicolosę senectutis*
§ 37.	*uigebat in illo animus patrius disciplina*	*uigebat in illa domos* (*domus* L^1A^1) *patrius* (*patri* L^1A^1; *in illa domus patri domus* L^1) *disciplina*
§ 38.	*si menti mancipata est*	*mente sine mancipata est b, si neminem mancipata est* L^1A^1
	nunc quam (*numquam* V^1) *maxime*	*nunc cum maxime*
	hae sunt exercitationes	*haec sunt exercitationes*
	quae iam agere non possem (*agerem possem* V^1), *sed ut possim facit acta uita semper*	*quae* (*qui* b) *eam* (*Iam* A^1) *agerem semper*
§ 39.	*id aufert a nobis*	*id aufert* (*aufret* L^1) *nobis*
	accipite enim optimi	*accirite enim ortimi* (*ortum* L^1)
§ 41.	*quidem ei sermoni interfuisset*	*quidem si sermoni* (*-e* L^1) *interfuisset*
§ 42.	*exortatus in conuiuio*	*exoratus in conuiuio*
	neutiquam probari	*neuti probari* (*prognari* L^1A^1)
§ 44.	*quorsum*	*quorsus*
	qui poenas classe primus uicerat (*deuicerat P*)	*qui poenos se primus uicerat*
§ 45.	*qui hoc idem tum*	*qui occidentum*
§ 47.	*ne desideratio quidem*	*nec desideratur quidem*
	agresti ac furioso	*agresti ac curioso*
	molestum est carere	*molestum est curare*
§ 49.	*uideamus in studio dimetiendi* (*demetiendi V*)	*mori uidebamus dimetiendi*
§ 59.	*communem erga Lysandrum*	*comem* (*-en* L^1A^1) *erga Lysandrum* (*lisandrum b*)
§ 61.	*primarium fuisse uirium*	*primarium fuisse uirum*
§ 64.	*quae recta essent*	*quae facta essent*
§ 65.	*morbi uitia sunt*	*morosi uitia sunt b, moruitia sunt* L^1A^1
§ 69.	*argathonius* (*ar*[*c*] *athon*[*ius*] *V*)	*argantonius b, arganthonius* A^1, *arganthominius* L^1

	$PV = x_1$	$bLA = x_2$
	quidem quicquam uidetur	*quidem quicquid uidetur*
§ 72.	*idem destruit facillime*	*idem distrahit* (*distrait L*) *facillime*
§ 74.	*recorder non l. brutum* (*butrum V*)	*recordarer non* (om. L^1) *l.* (*m.* L^1) *brutum*
§ 75.	*in eum locum esse profectas*	*in eum locum* (*eo loco* b^1) *se profectas* (*prophectas* L^1)
§ 77.	*adfert equidem non enim*	*adfert non enim*

P mutilatus est; ultima uerba sunt *dubitasse quin ex*; inde lectiones familiae x_1 exstant in *V* et ex parte in L^2A^2. Affero has:

	$V (L^2A^2) = x_1$	$bLA = x_2$
§ 78.	*pythagoram pythagoreosque*	*pytagoram* (*phytagoram LA*) *pytagoreoque* (*phytagoreoque* L^1; *phitagoreoque* A^1)
	quod si non possit	*quod si non posset*
	haec Plato wester	*haec Platonis fere*
§ 81.	*quales futuri sunt*	*quales futuri sint*
§ 82.	*pertinere an censes*	*pertinere anne censes* (*cesses b*)
§ 83.	*retraxerit nec tamquam peliam* (*pilam* $L^2A^2 = P$) *recoxerit. et*	*retraxerit. et*
§ 84.	*habet certamen*	*habet certe tamen*
	tamquam ex domo	*tamquam domo*
§ 85.	*cuius defetigationem fugere debemus*	*cuius defatigationem* (*defectigationem L*) *fugere debemus*

Codices vero *P* et *V* non alterum ab altero esse transscriptos apparet praecipue ex his locis:

	P	*V*
§ 1.	*si quid te adiuuero*	*Si quid ego adiuto*
	sine lacuna om.	*ecquid erit p̄tii* (*et quid erit praemii bLA, ecquid erit praemi* vulgo)
	uisum est mihi	*mihi est uisum* (*VbLA*)
§ 2.	∴ *laudari* ∴ *igitur satis digne*	*igitur digne satis laudari* (*VbLA*)
§ 3.	*aut aristo*	*ut aristoteles V, ut aristo chius bLA*
	ipse in libris suis	*ipse in suis libris* (*VbLA* Charisius p. 198)
§ 4.	*cum hoc G. laelio*	*cum hoc laelio* (VbL^1A^1)
	perfectamque patientiam	*perfectamque sapientiam* (VbL^1A^1)
§ 7.	*cognoui senectutem agunt*	*cognoui senectutem sine querela eqs.*
§ 8.	*nequaquam in isto omnia*	*nequaquam in isto sunt omnia* (*VbLA*)
	seriphius essem ignobilis nec	*seriphius essem nec* VbL^1A
§ 10.	*cumque ego quartum consule* P^1	*cumque eo quarto consule* (*VbLA*)
	unus homo qui nobis	*unus qui nobis* (*VbLA*)
§ 11.	*qui amisso oppido fugerat in arce*	*qui amisso oppido fuerat in arce* ($V^1bL^1A^1$)
§ 12.	*multae etiam ut in homine romano* (*PbLA*)	*multae etiam in homine romano*
	id quod euenit (*PbLA*)	*id quod euenerit*
§ 13.	*scripsisse se dicitur* (*scripsisse se dicit bLA*)	*scripsisse dicitur*
§ 14.	*eum ego . . . legem Voconiam . . . suasisset* P^1	*cum ego . . . legem Voconiam . . . suasissem* ($VbLAP^2$)
§ 15.	*quod priuet omnibus fere uoluptatibus*	*quod priuet fere omnibus uoluptatibus*
	res sunt similes	*res sunt seniles* ($VbLAP^2$)
§ 17.	*at uero maiora et meliora*	*at uero multo* (*multa bLA*) *maiora et meliora* (*VbLA*)
	uiribus aut uelocitatibus aut celeritate	*uiribus aut uelocitate aut celeritate* (*VbLA*)

	P	*V*
§ 22.	*quod propter studium*	*propter quod studium* (*VbA*)
§ 25.	*quaerenti cui serat*	*quaerenti cuius erat* ($V^1bL^1A^1$)
	sentire ea aetate esse odiosum alteri	*sentire ea aetate eum se* (*VbLA*; *eumpse* Fleckeisen; *eum ipsum* Non. p. 1, 6) *esse odiosum alteri*
§ 26.	*qui a iuuentute coluntur et diliguntur* (*PbLA*)	*qui a iuuentute diligitur et colitur*
§ 27.	*nec nunc quidem uires desidero* (*PbLA*)	*ne nunc quidem uires desidero*
	locus alter diuitias senectutis	*locus alter de uitiis senectutis* (VbL^1A)
	nihil modo p. crassus (*Pb*; *pre crassus LA*)	*nihil modo post crassus*
§ 30.	*quemadmodum senex esset*	*cum admodum senex esset* (*VbLA*)
§ 31.	*tertiam iam enim aetatem hominum uiuebat*	*iam enim tertiam aetatem hominum uidebat* (*VbLA*)
	quod si sibi acciderit aiacis similem habeat ducem at ut nestoris non dubitat	*quod si sibi acciderit non dubitat* (VbL^1A)
§ 33.	*ne ille non magno*	*ne ille quidem non magno* (*VbLA*)
§ 36.	*animi autem exercitando*	*animi autem se exercendo* (VbL^1A)
§ 38.	*ultroque adfero*	*utroque affero* (VbL^1A^1)
§ 41.	*in uoluptatis regno uirtutem posse consistere*	*in uoluptatis regnum uirtutem posse consistere* ($V^1bL^1A^1$)
§ 43.	*audiui ea a maioribus*	*audiui ea maioribus* ($V^1bL^1A^1$)
§ 44.	*epulis caret senectus*	*epulis careat senectus* (*VbLA*)
§ 47.	*inquit ego uero*	*inquit libenter uero* ($V^1bL^1A^1$)
	ergo non desiderare	*ergo hoc non desiderare* (*VLA*; *ergo hoc derare b*)
§ 48.	*ut turpione amuibio magis delectatur qui in prima cauea spectat delectatur etiam qui in ultima*	*ut turpione amuibio magis delectatur etiam qui in ultima*
	eas spectans tantum	*eam aspectans tantum*
§ 51.	*habent enim rationem cum terra* ($PV^2L^2A^2$)	*habent enim* ▒ *rationem terra* (*h. enim cum rationem terra* bL^1A^1)
§ 57.	*aeque calescere*	*aut calescere* ($V^1bL^1A^1$ Non. p. 482, 16)
§ 58.	*sibi nationes atque cursus* P^1	*sibi natationes atque cursus* (VP^2; *sibi enationis atque c.* bA^1, *sibi aenationis a. c.* L^1, recte fortasse *sibi uenationes atque cursus*)
§ 63.	*optime morata sunt ita*	*optime morata est ita* (VbL^1A^1)
§ 65.	*sic non omnis aetas naturae*	*sic non omnis natura* (VbL^1A^1)
§ 67.	*mens enim ratio*	*mens enim et ratio* ($VbLA^1$)
§ 69.	*qui octoginta regnauerat annos centum uiginti uixerat*	*qui octoginta regnauit* (*regnauerit* V^2) *annos centum uiginti uixerit* ($V^1bL^1A^1$)
	tantum enim remanet	*tantum remanet* (VbL^1A^1)
	quod cuique temporis	*quod cuiquam temporis* (VbL^1A^1)
§ 71.	*cruda si sint*	*cruda si sunt* (*Vb*; *cruda sunt* L^1, om. A^1)
	uix euelluntur (*PbLA*)	*ui euellentur*
§ 72.	*exsequi et tueri possit mortemque contempnere*	*exsequi et tueri possis et tamen* (*posset tamen* bL^1A^1) *mortem contemnere* (VbL^1A^1, *contempnere bLA*)
	respondisse dicitur senectute	*respondisse senectute* (VbL^1A^1)
§ 73.	*sapientis elogium quo* P^1bL (*eglogium.*? *L*)	*sapientis elogium est quo* (*VA*)
	haud hemilius ennius	*haud scio an melius ennius* (*V*; *haud an melius ennius* bL^1A^1)
§ 74.	*incertum an hoc ipso die*	*incertum an eo ipso die*
§ 75.	*ne crudelissimus quidem hostis*	*nec crudelissimus quidem hostis* (*VbLA*)

P	*V*
§ 75. *alacri animo et recto* (*PbLA*)	*alacri animo et erecto*
§ 76. *omnino mihi quidem uidetur* (P^1 bL^1A^1)	*omnino ut mihi quidem uidetur*
§ 77. *in terram locum* (*PbLA*)	*in terram in locum*

P desinit § 78; ultima uerba sunt *dubitasse quin ex.* Sed sec. manus codicum *LA* referenda est ad *P*.

§ 80. *memoriam sui tuerentur* L^2A^2	*memoriam sui teneremus* (VbL^1A^1)
§ 83. *nec tamquam pilam recoxerit* L^2A^2	*nec tamquam peliam recoxerit* (*V*; om. bL^1A^1)

bLA quamquam ex eis, quae a pag. 5 usque ad pag. 7 attulimus, apparet ad eundem fontem x_2 esse referendos, tamen non ex eodem exemplari transscripti sunt. Immo *b* ex x_2 manavit, *LA* ex fratre codicis *b* (= *β*) fluxerunt. Hoc est colligendum imprimis ex his lacunis:

b	*β* (*LA*)
§ 4. *adolescentiae obrepit* (*b* aberravit ab *adol.* ad *adol.*)	*adulescentiae senectus quam pueritiae adulescentia obrepit* (*βPV*)
§ 8. *seriphio set non* (unus versus praetermissus est)	*seriphio cuidam in iurgio respondisse cum ille dixisset non* (*βPV*)
§ 13. *ut pugnas a se gesta*	*ut pugnas ut bella se* (*a* om. L^1A^1) *gesta*
§ 15. *uideatur alteram* (una linea deest)	*uideatur unam quod auocet a rebus gerendis alteram*
§ 48. *ut iurpione ambiuio magis delectatur tamen etiam qui in prima cauea spectat delectatur qui in ultima* (recte *ut turpione ambiuio magis delectatur, qui in prima cauea spectat, delectatur tamen etiam qui in ultima*) (*tamen*, quod etiam Nonius p. 417 tradidit, *b* solus servavit)	*ut turpione ambiuio magis delectatur qui in ultima*
§ 65. *probo potest* (cetera om.)	*probo sed eam sicut aliam* (recte *alia*) *modicam, aceruitatem* (*acerbitatem* *P* VA^2) *nullo modo. auaritia uero senilis quid sibi uelit, non intellego* (*intelligo* *A*); *potest* (*PVβ*)
§ 66. *quarta restat causa quae* (*bPV*)	*quarta restat quae*

Praeterea in eam sententiam afferendi sunt hi loci:

b	*β* (*LA*)
§ 8. *atheniensis esses clarus* (*bPV*)	*atheniensis clarus*
§ 13. *inquit quod accusem* (*bPV*)	*inquit quae accusem*
§ 20. *oratores noui stulti* (*bPV*)	*oratores nonui stulti*
§ 21. *quia risti diresset*	*quia isti deesset* (*β*; *qui aristides esset* recte *PV*)
§ 32. *plane me eneruauit* (*bPV*)	*plane me enarrauit*
§ 35. *tamquam contra morbum sic*	*tamquam contra morborum* (*morborum uim* L^2) *sic*
§ 38. *quid quoque die dixerim audierim* (*bPV*)	*quid quoque* (*coque* A^1) *die dixerim* (*dixirim* *L*) *aut audierim*
quae (*quas* *PV*) *si exsequi* (*exequi* *P*) *nequirem* (*bPV*)	*que si ex sene quaerem* (*querem* A^1)
§ 40. *nullis excitari aliis* (*bPV* Lactantius inst. 6, 20, 4)	*nullis exercitari aliis*
§ 42. *eicerem VII annis post* (*bPV*)	*eicerem VI annis post*

b	*β(LA)*
§ 42. *probari potuit* (*bPV*)	*prognari potuit*
§ 46. *noctem quam producimus* (*bPV*)	*noctem quem* (*que* A^1) *dicimus*
§ 52. *nonne ea proficiunt* (*b*; recte *ea efficiunt PV*) *ut*	*nonne efficiunt ut*
nisi fulta est (*bPV*)	*nisi stulta est*
§ 55. *ea ipsa quae dixi* (*bPV*)	*haec ipsa quae dixi*
nec (*ne* recte *PVLA*) *ab omnibus*	*ne ab hominibus*
hominis ipsius continentiam (*bPV*)	*omnis ipsius continentiam*
§ 56. *haud scio an ulla* (*bPV*; recte *h. s. an nulla*)	*haud scio nulla*
§ 59. *inscribitur. Atque ut*	*scribitur. Atque ut*
§ 60. *consulatum et XXXL anni* (*b*; recte *consulatum sex et XL anni PV*)	*consulatum sex et XXX anni*
§ 65. *haec morosi* (*b*; *morbi PV*) *uitia sunt*	*haec moruitia sunt*
§ 69. *da enim supremum tempus* (*bPV*)	*da enim summum* (*somnu?* A^1) *tempus*
§ 71. *omnia quae* (*bPV*)	*omnia autem quae*
§ 76. *occidunt sic occidunt* (*bPV*)	*occidunt si occidunt*
§ 77. *tempus maturum* (*matu* P^1) *mortis*	*tempus naturam mortis*
§ 80. *mortalibus uiuere cum* (*bV*; *P* finit § 78).	*mortalibus uiuerem cum*
§ 82. *otiosam aetatem et* (*et* om. *b*) *quietam* (*V*; *quiaetam b*)	*ociosam* (*occiosam L*) *aetatem et* (*et* om. *A*) *quiaetatem* (om. *A*)
§ 83. *cui obtusior sit acies* (*bV*)	*cuius obtusior sit acies*
§ 84. *me natum existimem* (*bV*)	*me natum existimemus*
§ 85. *senectute quae dicerem* (*bV*)	*senectute quid dicerem*

L et *A* non alterum ex altero transscriptos esse, sed utrumque eorum ex *β* ipso fluxisse apparet ex his:

L	*A*
§ 18. *quescribo quomodo*	*praescribo et quomodo* (*AbPV*)
§ 22. *fecit. retur a filiis* (cetera om.)	*fecit. propter quod* (*quod propter P*) *studium cum rem neglegere familiarem uideretur a filiis* (*AbPV*)
§ 23. *num igitur hunc* (L^1) *homerum*	*num igitur hunc num homerum* (*Ab*)
§ 31. *dux ille eas quam otat*	*dux ille greci ęneasquam otiat* (A^1; recte *dux ille graeciae nusquam optat PV*)
§ 42. *consulem se pro repre* (*Lb*)	*consulem se pro republica* (*APV*)
§ 45. *accubitionem haberet*	*accubitionem epularem amicorum, quia* (*qui* A^1) *uitae coniunctionem haberet* (*AbPV*)
§ 46. *tempestiuis quoque conuiuiis delector nec cum aequalibus solum, qui pauci iam* (om. *PV*) *ammodum* (*admodum P*) *restant* (*LbPV*)	*tempestiuis modum restant* (cetera om.)
§ 47. *desederat* (L^1; recte *desiderat bPV*) *ergo hoc non* (om. *b*) *desiderare* (*deserare b*) *dico* (*LbPV*)	*deserat dico* (A^1 a *desiderat* ad *desiderare* aberravit)
§ 52. *ex acino uinceo* (L^1)	*ex acini uinaceo* (*uinceo b*)
§ 53. *iugatio. uitium*	*iugatio religatio et propagatio uitium* (*AbPV*)
§ 65. *ut enim non omne uinum* (*LbPV*)	*ut enim non omne uitium*
§ 82. *pertinerent nisi animo cernerent posteritatem ad se posse pertinere. an censes*	*pertinerent. an censes*

	L	*A*
§ 83.	*iniquissimo ille autem* (L^1)	*iniquissimo nonne uobis uidetur is animus qui plus cernat et longius uidere se ad meliora proficisci. ille autem* (AbV)
§ 84.	*tamen ut* (L^1; recte *aut* bPV) *sacietatem* (*satietatem* *b* recte) *aut modum* (LbV)	*tamen aut modum* (A^1)
	qđ (L^1; *quo uiro* L^2) *nemo uir melior natus est*	*quo nemo uir melior natus est* (AbV)
§ 85.	*cuius defectigationem fugere debemus*	*cuius defatigationem* (A^1b; *defetigationem* *V*) *fugere debemus.*

Quamvis igitur singuli codices alius ab alio discrepent, tamen omnes ex uno eodemque archetypo fluxisse apparet ex his mendis, quae singulis sunt communia:

§ 7. *euenirent* (recte *uenirent*)
§ 14. *annum enim undeuicesimum* (PV; *undeuincensimum* *b*; *undeuicensimum* L^1; *undeuigesimum* *A*). Muellerus habet *anno enim undeuicensimo*; fortasse *annum enim* ⟨*in*⟩ *undeuicensimum*
§ 16. *dementes sese flexere uia* (*uiai* vulgo)
septem decem (*decim* VL^1A) *annos* (*septimo decimo anno* vulgo)
§ 18. *praescribo* (*quescribo* L^1) *et* (om. *L*.) *quomodo cartagini cui male iam diu cogitanti bellum* (*bello b*) *multo ante denuntio* (recte fortasse: *praescribo et quomodo, Carthagini cum male iam diu cogitanti bellum multo ante denuntio*).
§ 20. *sic enim percontantur* (*percuntantur L*, *percunctantur* A^1) *ut in* (*ut est in P*) *naeuii poetae ludo* (*naeuii posteriori libro* PV; fortasse *sic enim percontantibus in naeuii poetae ludo*)
§ 26. *fieri ut ego feci* (recte *fieri et ego feci*)
§ 29. *annales quidem uires* (Muell. *an ne illas quidem uires*; fort. *an ne tales quidem uires*.)
§ 33. *parcitatis PV, parcietatis* bA^1, *parciaetatis* L^1 (recte *parti aetatis*)
§ 34. *hospes tuus* (*hospestas L, hospestus A*) *habitus* (recte *hospes tuus auitus*)
muneribus iis quoniam (*quando L, qñ A*; recte *muneribus iis quae non*)
§ 36. *comicus stultos senes* (recte *comicos st. s.* cf. Lael. 99)
§ 37. *filios tantum* (*tanam* bL^1A^1) *quinque filias tantam* (*-ās b, -as* L^1A^1) *domum* (recte *filios quinque filias tantam domum*)
uigebat in illo animus patrius disciplina PV, uigebat in illa domos (*domus* L^1A^1) *patrius* (*patri* L^1A^1; *domus patri domus* L^1) *disciplina* bL^1A^1 (fort. *uigebat in illa domo mos patrius disciplinā*)
§ 44. *credo* (*crebro P*) *funali* (recte *cereo funali*)
§ 46. *a summo magistro adhibetur* (recte *a summo adhibetur*)
§ 51. *enim cum rationem terra* $V^1bL^1A^1$ (*P* recte correxit *enim rationem cum terra*)
culmoque recta (recte *culmoque erecta*)
§ 52. *quae effici tantulo* (recte *ex fici tantulo*)
uites radices (recte *uiuiradices*)
§ 61. *elogium unicum plurimae* (recte *elogium: hunc unum plurimae* cf. fin. 2, 116 et Carm. epigr. 6)
notum est itiotum carmen bL^1A^1, *notum est* ≡*t*≡ *otum carmen P, notum est totum carmen V* (recte fort. *notum est id totum carmen*)
loquar aut iam ante (recte *loquar aut ut iam ante*)
§ 65. *sed haec sunt morbi uitia* PVL^2A^2, *sed haec sunt moruitia* L^1A^1, *sed haec sunt morosi uitia b*, Muell. *sed haec sunt morum uitia*
sicut aliam (recte *alia*) *modicam*
§ 67. *quis etiam* (recte *est tam*) *stultus*
§ 68. *filio tum* (recte *tu in*) *expectatis amplissimam* (recte *ad amplissimam*) *dignitatem*
§ 70. *fuerit actu probo is P* (*proboir b*;) *β* et *V* hoc mendum exemplarium x^1 et x_2 recte correxerunt in *fuerit actu probetur*

§ 72. *nec sine causa adserundum* $P^1bL^1A^1$ (*V* recte correxit *nec sine causa deserundum*)
§ 83. *neque enim eos solos* (Nonius et edd. *neque uero eos solum* [pars edd. *solos*])
conscripsi. Quod (*quod A*) *quidem* (recte c. *Quo quidem*)
§ 84. *sed habet* (recte *habeat*) *sane*

De codicibus recentioribus ut pauca dicam restat. Nullus ad alium fontem quam ad codices *PVbLA* redire videtur et singuli recentiores ex correctis libris vetustioribus fluxerunt. Maximi momenti est codex *K*, quem P. Schwenke[42]) perscrutatus est. In hoc legimus, quae presbyter Hadoardus ex Ciceronis scriptis excerpsit. Miramur numerum librorum manu scriptorum respicientes, qui illi viro non magni ingenii, sed plurimae lectionis[43]) praesto erant. In Catone excerpendo usus est codice *A* secundum *P* correcto. Omnes enim lectiones praeter § 4 *nihil mali potest uideri*, ubi *A* cum *PVbL* habet *nihil malum potest uideri*, cum lectionibus codicis *A* congruunt. Cum *A* praeter Catonem et Somnium Scipionis nihil contineat, Hadoardus Tusculanas disputationes non cum Catone coniunctas invenit, ut Schwenke opinari videtur. Praeter *K* ex *A* manaverunt *EQRMa*, magnam partem ex illo pendent omnes recentiores codices. *HPaViBISa* fluxerunt ex exemplaribus codicis *b*; nam in omnibus invenimus lectiones, quae non reperiuntur nisi in *b*; ipsos vero eos aut eorum exemplaria cum *b* esse collatos verisimile non est, quod *b* certo pluribus locis correctus esset neque tot lacunas et menda haberet, si cum alio codice comparatus esset. Alterum eorum exemplarium, quae ex *b* fluxerunt, cum *P* et *A* collatum est et inde manavit *H*, alterum correctum secundum *A* et *V* transscriptum est a P^aV^i *BISa*. Id exemplar codicis *A*, quo *EQ* redeunt, cum *H* collatum est et ex hoc cum *H* collato codice fluxerunt *RMa* (cf. § 1 *o attice* [recte *o tite*] *HR*).[44]) Ob eam rem inter *H* et *E* magna similitudo intercedit, qua re Clarkius ad falsam opinionem adductus est.[45])

Codices Itali, quos Ramorinus[46]) inspexit, minimi sunt momenti. Non pluris sunt codices *v*[47]) et *C*[48]). Qui sunt ita respiciendi, ut demonstretur recentissimos codices maiore ex parte ad genus x_2 esse reducendos.


Eo perducti sumus, ut disputationis summam subducere liceat. Quamquam recentiores codices propter correctiones aliquot utiles non omnino neglegendi sunt, tamen sufficiunt *PVbLA* ad contextum constituendum. Quamobrem lectiones illorum librorum non afferemus nisi originem earum explicaturi. Nam glossam § 1 *et qua deprimeris* in *A* in margine adscriptam et in V^2 receptam ad vetustiorem codicem non esse reducendam, sed ortam esse apparet errore lectoris alicuius, qui pro *et quid erit praemi* (*bLA*) legit *et qua deprimeris*. Item § 41 *tamque pestiferum* interpolatio est; nam haec verba in exemplari, unde *EQ* fluxerunt, orta et inde in H^2 translata

---

42) v. Philol. suppl. V p. 399—588.
43) M. Pohlenz, de Cic. Tusc. disp., Gottingae 1909 p. 24.
44) Stemma codicum recentiorum igitur longe aliud est ac Tomanetz suspicatus erat.
45) Anecdot. Oxon. 1892 p. XXI.
46) Riv. di fil. 15 (1887) p. 247 sqq.
47) Dahl, codd. Leid. p. 8. Gemoll, Hermes 20 p. 331 sqq.
48) G. Reeves Throop, Classical philol. 1908, 3 p. 285—301.

esse verisimile est, quod in nullo libro vetustiore inveniuntur. Praeterea in § 10 *in illo uiro cum aetate* pro *in illo uiro comitate* in A^2, § 64 *ut enim non omne uitium* pro *ut enim non omne uinum* in A^1, § 85 *cuius defectionem fugere debemus* pro *cuius defatigationem fugere debemus* in A^3 alicuius scriptoris vel correctoris errore irrepserunt. Quae vero in *PVbLA* falso, in recentioribus libris recte tradita sunt, facile ab aliquo lectore corrigi potuerunt.

Stemma codicum Catonis hoc esse demonstrasse mihi videor:



DE SINGULIS ALIQUOT LOCIS APPENDICULA.

p. 135. Mueller: *Tarentum. Quaestor deinde quadriennio post factus sum, quem magistratum gessi.*

PVA²L²HV¹EBIRS (x_1) *tarentum quaestor. deinde aedilis* (*edilis P² V*, *quadriennio post* (*post* om. *E*) *factus sum praetor quem magistratum gessi.*

bL¹A¹ (x_2) *tarentum* (*terentum A¹*). *Quęstorquē* (*questorqm̃ L¹*, *questorquō A¹*) *magistratum gessi.*

Mommsen[1]) Ciceronem ipsum censet scripsisse *Tarentum. Quaestorque magistratum gessi* cetera esse interpolata ratus. Quae opinio probanda est. Nam annis CCIX et CCVIII Cato erat cum Fabio Tarenti, anno CCIV quaestor factus est (cf. LIV. 29, 25, 10); quamobrem Cato, Tarenti cum esset, quaestor nondum erat. Mueller cum *deinde quadriennio post factus sum* in textum recepit ob eam quam supra dixi causam, falsam rationem secutus est. Nam si *aedilis* et *praetor* glossae sunt, etiam cetera verba postea esse addita apparet. In *b* optime Ciceronis ipsius verba tradita esse videntur; nam hoc codice Mommseni opinio optime niti potest. Qui etiam in hoc codice extat error *quaestorquē*, duplicata littera *m* ortus est. x_2 habuisse videtur *questorquem magistratum*, *β questorqm̃*; *L¹* (*questorqm̃*) secutus est *β*, *A¹* vero *qm̃* esse abbrev. *quoniam* ratus *quō* (= quoniam) scripsit. In x_1 correctorem aliquem, qui Romanorum ordinem honorum satis noverat, ea verba, quibus docti ad errorem adducti sunt, in margine verisimile est adscripsisse, ut doctrinam suam comprobaret.

p. 136. *P¹H¹ bonis lateribus suasisset. Annos septuaginta natus*

VbLAP²H²BRESMa bonis lateribus suasissem. Annos septuaginta natus

Forchhammer[2]) coniecit *suasi. Sed,* id quod Mueller probavit et in editionem suam recepit. Quae coniectura mihi falsa esse videtur. Satis enim apparet *Ω suassisem* tradidisse, quod *V* (x_1) et *bLA* (x_2) habent. Forchhammer *suasissem* tolerari non posse credebat.[3]) Eum errasse puto. Nam verbis *cum . . . . suasissem* non, quo anno sit Ennius mortuus, Cato accuratius finire vult, sed exemplo, quod meminit, ex sua vita allato, qua parte illius anni, quo Caepio et Philippus iterum consules erant, Ennius de vita decesserit, demonstrat. Cato dicit Ennium post illam suam pro lege Voconia[4]) orationem mortuum esse. § 10 legimus *cum ille . . . suasor legis Cinciae fuit*; sed his verbis, quo anno Tuditanus et Cethegus consules fuerint, narratur.

p. 138. *At senatui, quae sint gerenda praescribo, et quomodo Karthagini . . ., cui male iam diu cogitanti bellum multo ante denuntio.*

---

1) p. 14.
2) v. Madvig., adv. crit. II p. 244. 3) cf. Hale, cum-Constructionen p. 229.
4) Haec lex appellata est a Q. Voconio Saxa trb. plb. 169 (cf. tamen LIV. per. 41), qui eam tulit de mulierum hereditatibus (cf. CIC. Verr. 1, 42, 43. Balb. 8. fin. 2, 17).

Ω At (*aut* L^1A^1) *senatui q. s. g. praescribo* (*quescribo* L^1) *et* (om. *L*) *quomodo cartagini cui male iam diu cogitanti bellum* (*bello b*) *multo ante denuntio.*[5])

HEQR cartagini bellum inferatur cui male.

I cartagini bellum inferendum sit cui male.

Mueller censet recentiorum codicum lectionem probandam esse. Sed *bellum inferatur* et *bellum inferendum sit* sine dubio glossae sunt. *Cui* falsum est et hoc mendum mea sententia ad *Ω* referendum est. *Cui* non esse potest abbrev. *ciuitati*; nam etsi Lindsay illius abbreviationis nonnulla exempla affert[6]), tamen *ciuitati* hoc loco falsum esset, *quod Karthagini ciuitati bellum denuntio* non esset coniunctum cum verbis *quae sint bella gerenda et quomodo.* Ob hoc ipsum et similes coniecturae *Karthaginique* et Kornitzeri *Karthagini quidem* repudiandae sunt, etiamsi rationibus palaeographicis talia conicere non prohiberemur. Cato dicit haec: Magnae res non magis corporis quam animi viribus geruntur. Ne in bellis quidem gerendis corporis vires et arma non valent nihil; nam etsi non item atque antea ipse pugnis interesse et gladio pugnare possum, tamen consilio bella adiuvare possum. Quod ut demonstret, uno anno ante initium ultimi illius contra Carthaginienses belli ostendit se in senatu iterum ac saepius patres ad illud bellum gerendum incitavisse et eis persuadere studuisse illam pugnam esse necessariam. Verba *quae sint bella gerenda et quomodo* ad haec Catonis consilia atque studia spectant. Quae bella gerenda esse dicat Cato, planius illustratur verbis *Karthagini bellum denuntio.* Neque audivimus Catonem in senectute sua aliud bellum suasisse.[7]) Quomodo vero bella gerenda sint, praescribit Cato, cum Romanos monet, ne exspectent, dum Carthaginienses, qui male iam diu cogitent, satis corroborati ipsis bellum inferant. Praeterea ex *de qua non prius vereri desinam quam illam excisam esse cognovero* apparet, quam rationem belli gerendi Cato praescribat: Carthaginem censet esse delendam bello internecivo. Quamobrem non video, cur C. F. W. Mueller in adnotationibus criticis senectutis esse neget suadere, quomodo bella gerantur. Immo quis credat ipsorum esse senum, ut sunt rei militaris atque usus periti, praescribere, quomodo bella hostibus inferantur.[8]) Hoc loco satis dilucide intellegimus, quo vinculo *Karthagini . . . bellum denuntio* cum *quae sint bella gerenda et quomodo* cohaereat. Coniunctione *cum* haec verba cum illis coniunguntur.[9]) Cato igitur dicit se, etiamsi non miles bellis interesse possit, tamen praescribere, *quae bella et quomodo sint gerenda, cum Karthagini bellum denuntiet.* Quod *Karthagini* ante *cum* positum est, hoc loco et Catonis ingenio respondet neque a Ciceronis usu abhorret.[10]) Neque magis palaeographicis rationibus verba haec

---

5) Ex eo, quod *et* in *L* deest, nihil colligi potest; nam illud in x_2 non defuisse ex *b* et *A* apparet. Neque est ullius momenti, quod $\beta(L^1A^1)$ *aut quae sint* pro *at quae sint* praebet.

6) Contractions in early Latin minusc. Mss., Oxford 1908 p. 9.

7) cf. CIC. off. 1, 79. LIV. per. 48 et 49. FLOR. epit. 1, 31, 4. AVG. civ. 1, 30. Plut. Cato 79.

8) cf. Cato 15 *Fabrici, Curi, Coruncani . . . rempublicam consilio et auctoritate defendebant.* 17 *res magnae geruntur . . . consilio auctoritate sententia.*

9) cf. W. Gardner Hale, cum-Constructionen, translat. a Neitzert, Lipsiae 1891.

10) Q. Rosc. 7, 20 *Ballionem illum improbissimum cum agit.* de orat. 1, 233 *sententia cum iudicibus daretur* 3, 87 *philosopho cum operam daret.* fin. 1, 8, 26

ita interpretari prohibemur, cum *cui* et *cum* saepius inter se per errorem commutentur[11]) et hoc loco id eo facilius, quod *male* subsequitur.

p. 138. *Sic enim percontantur* (*percuntantur L, percunctantur* A^1R [*percontantur* A^2]) *ut in* (*ut est in PSgP*^{b}, *ut ẽ ẽ in H*) *naeui* (*neuii* PV^1) *poetae* (*posteriori* P^1V^1*Mav*, *posteriore* L^2E) *ludo* (*libro* P^1V^1; *posteriore ludo H*; *poetae libro* P^aV^i).

Ω habuisse apparet *percontantur ut in naeui poetae ludo*; nam *ut in* praebent *bLA* (= x_2) et *V* (= x_1); *posteriore libro* glossa est, quae in x_1 orta est. Nisi quis opinetur ante *Cedo* esse lacunam, Mommsenum recte fere coniecisse dicamus, qui locum ita sanare conatus est: *percontantibus in Naevii poetae Ludo.* Coniectura *percontantibus* niti potest his locis: CIC. ac. 1, 2. de orat. 1, 159. 2, 287. epist. 7, 16, 3, ubi *percontantibus respondere* legimus.[12]) Deiter[13]) vero *percontanti* melius esse censuit, quod reperimus CIC. Flacc. 47 et epist. 5, 12, 5.[14]) Quod *Ω percontantur ut* habebat, licet suspicari in *-tur ut* latere *-tibus*. Omitto non posse intellegi, quid *ut* hoc loco velit. Quamobrem scribo *Sic enim percontantibus in*. Utique falsa est opinio, quam Moore in editione sua defendit, qui *externa* falso interpretatus coniecit *percontantur Veientes in*. Quam in sententiam nulla argumenta reperiri possunt. Immo suspicor idem, quod iam lector quidam codicis *A* sensit, qui in margine adscripsit hic de *Phrygum republica* agi. Ludum esse intellegendum Lydum videmus ex Varronis sat. Men. 96 et ex Isidori orig. 18, 16, 2.

p. 141. *PVL*^{2}*A*^{2}*KP*^{a}*HBEIRSa* (x_1) *senis compta et mitis oratio.*
bL^1[15]) *A*^{1} *senis cocta et mitis oratio.*
Q senis composita et mitis oratio.

Moore in editione sua *cocta* scribere ausus est et ad hoc verbum defendendum affert VERG. georg. 2, 522 *mitis in apricis coquitur vindemia saxis.* Quem versum ad *cocta* lectionem fulciendam aptam esse negat Kornitzer.[16]) Sed quod uerbum Vergilius proprie adhibet, ut uvas coquendo mites fieri demonstret, eodem potest Cicero uti translate. *Coctus* enim saepius idem significat ac *maturus* et proprie[17]) et translate.[18]) Neque possu-

---

voluptatem cum summum bonum diceret. epist. 6, 1, 5 *neque ea, quae facta sunt, fore cum dicebam.*

11) cf. Cato 51 *nec uquam sine usura reddit* L^1, *nec uiquam* L^2 (pro *nec umquam*), 69 *quod cumque temporis ad uiuendum datur* P^1, *quod cuique temporis ad uiuendum datur* P^2.

12) cf. orat. 2, 71 *salsum est etiam quaerentibus et quasi percunctantibus lente respondere.*

13) Philol. 46 p. 175.

14) cf. dom. 40 *quaerenti respondere.* nat. deor. 1, 57. Tusc. 1, 57. leg. 1, 10

15) Mommsen falso *oota* legit. 16) Ephem. philol. Berol. 1905 p. 512.

17) cf. § 71 *quasi poma ex arboribus, cruda si sunt, vix evelluntur, si matura et cocta, decidunt.* VERG. ecl. 1, 81. georg. 1, 448.

18) cf. PLAVT. Mil. 208 *quidquid est incoctum, non exprimet, bene coctum dabit.* Poen. 586 *hodie iuris coctiores non sunt, qui lites creant.* CIC. Q. Rosc 45 *deliberandum et concoquendum est.* 55 *illud concoctum atque meditatum.* QVINT. inst. 11, 2, 43 *maturatur et concoquitur recordatio.* SEN. epist. 2, 6 *unum excerpe, quod illo die concoquas.* 84, 7. AMBR. virg. 2, 6, 39 *decoctum maturiores probent.* AVG. conf. 4, 4, 7 *amicitia cocta fervore parilium studiorum.* v. Brut. 265 *plena litteratae senectutis oratio.* v. THES. L. L. V 204, 80 sqq. 205, 65.

mus negare *cocta* hic melius cum *mitis* coire quam cum *compta*.[19]) *Compta* interpolatio esse videtur, quae ab aliquo lectore facta esse videtur ob easdem causas, quibus motus Kornitzer *cocta* repudiat. Quod verbum *compta* videtur ei, qui codicem *Q* scripsit, notum non fuisse; quamobrem id mutavit in *composita*[20]), quod Baiter, Lahmeyer, Reid, Kornitzer probaverunt. *Compta oratio, comptus sermo, compte dicere* sim. legimus TAC. ann. 6, 15. QVINT. inst. 8, 3, 42. 10, 1, 79. SEN. epist. 75, 6. GELL. 1, 9. 7, 3. IVL. VAL. 2, 10. AMM. 17, 11, 1. HIER. in Is. 6, 9 p. 97. PELAG. in Rom. 16 p. 716^{A}. SALVIAN. gub. praef. 1. Sed hoc loco non de artificiosa oratione agitur, quod senes multis rebus carent, quae ad artificiosam orationem necessariae sunt, velut lateribus et viribus (§ 28). Immo quietus et remissus sermo significatur, qui non lateribus et viribus sibi audientiam facit, sed eis ipsis, quae oratione continentur, non ratione, sed re. Et Catonem rem potius respexisse, non rationem, elucet ex illo *rem tene, verba sequentur. Res multum et diu cogitatas* tuetur idem *animi, non corporis viribus.* Hoc loco *coquere* idem significat atque *diu cogitare, meditari, maturum facere.* Et invenimus nonnulla similia exempla apud Ciceronem. Ut *mitis* et *maturus, coctus* et *maturus* (Cato 71, Brut. 83) inter se coniunguntur, ita *coctus* melius in hunc locum convenit. Praeterea ne Nonius quidem p. 343 *compta* habet; sed in A^A legimus *coacta oratio* (B^A lacuna), in *E cocta*. *compta* sola praebet manus sec. cod. Genev. Unde colligere licet etiam in *Ω cocta* traditum fuisse. Nam *coacta* probari non potest, quamquam orationem *coactam* dici posse non sit negandum, quod elucet ex his: SIDON. epist. 9, 16, 2 *raptim coactimque translator festinus exscripsi*; ENNOD. epist. 7, 291 *studio coacti sermonis.* Quamquam vero AVG. serm. 350, 3 dicit *senilis sermo non solum sit gravis, sed etiam brevis,* tamen senes solent esse sermonis avidi et natura loquaciores. Praeterea *coacta oratio* i. e. *brevis oratio* neque apud Ciceronem neque apud alium quemquam scriptorem melioris aetatis reperitur. Quamobrem *cocta* scribendum est, quod ab scriptore exemplaris codicum *bLA* servatum, ab scriptore exemplaris codicum *PV* iniuria mutatum est.

$PVL^2H^1P^aQSMav$ sustineret bouem uiuum. igitur p. 142.
bA^1 sustineret bouem. uirum (*uires* A^2) *igitur*
L^1 sustineret bouem uirum. igitur (interpunctio ad L^2 est referenda).

Iure Mueller coniecturam Manutii *Utrum igitur*, quam Mommsen probavit, in editionem suam recepisse mihi videtur. Nam *bovem vivum* ne Milo quidem ferre potuerit, quod talis taurus ei utique vehementer obnixus esset. QVINT. inst. 1, 9 legimus *Milonem, quem vitulum assuevisset ferre, taurum tulisse.* Sed his verbis, quod nemo credat, paulo credibilius efficiatur, at Milonem vivum taurum tulisse ne his quidem verbis persuaderi potest, quod haud scio an nemo credat taurum tali exercitatione posse assuefieri, praesertim cum apud Athenaeum 10, 2, 412 legamus eum bovem quadrimum fuisse (τετραετῆ) et a Milone per stadium latum (περιενέγκας) esse. Huc accedit, ut Athenaeus Milonem eum bovem, per stadium latum come-

19) cf. CIC. Brut. 2 *cum oratio haberet . . . quandam maturitatem.* 83 *multo maturior fuisset et mitior oratio.* cf. NON. p. 343 (ad l.) '*mitis*' *est maturus.*
20) cf. HIL. dedic. eccl. p. 879 tit. *sermo b. Hilarii de dedicatione ecclesiae cumptus,* ubi Migne pro *cumptus* coniecit *compositus.*

disse narret. Ex hoc colligamus licet taurum non iam fuisse vivum, cum eum humeris sustineret. In *uiuum* et *uirum* latere *quadrimum* abbreviatum verisimile non est. Immo Manutius recte vidit, qui *utrum* coniecit, quod $H^2BERaMbMc$ iuxta *uiuum* iam habebant. In Ω *uirum* traditum fuisse ex eo elucet, quod x_2 ($= bLA$) *uirum* recepit, quamquam, quid hoc verbum hoc loco significaret, intellegere non potuit. x_1 *uiuum* scripsit, quod sententiae respondere opinabatur. In *uirum* latere *utrum* facile intellegimus. Nam eiusmodi menda saepius occurrunt, quod *T* et *I* in litteris capitalibus quae dicuntur non bene distingui poterant.[21]) Quod in *L* punctum post *uirum* positum est, nullius est momenti. Nam ea interpunctio ab L^2 addita est. *Igitur* etsi saepius invenitur apud Ciceronem initio positum, hic non est, quod dubitemus, quin *uirum* i. e. *utrum* melius traditum et, quod melius rei respondet, sit conservandum.

p. 144. $P^1VL^2A^2HBIS$ *uigebat in illo animus patrius disciplina*
b uigebat in illa domos patrius disciplina (x_2)
L^1 *uigebat in illa domus patri domus disciplina*
A^1 *uigebat in illa domus patri disciplina* (β)
QaMa uiuebat in illo (*eo Q*) *animus patrius et disciplina*

ER Parisini 6342, 6350, 6360, *Mb*, *C uigebat in illa domo mos patrius et disciplina.*

Parisinus 6761, Mediolanenses D 13 et E 15 Inf. (saec. XV) *uigebat in illa domo* et *mos patrius et disciplina.*

Mueller secutus est codices *ER*. Et in x_1 (*PV*) et in x_2 (*bLA*) defuit *et* ante *disciplina*. Neque id necessarium esse censeo. Porro x_1 et x_2 *patrius* praebuisse verisimile est. *Patrius,* quod in x_2 fuisse lectione codicis *b* demonstratur, a scriptore codicis β corruptum est, quod a *domus*, quod legendum esse pro *domos* codicis x_2 opinabatur, *patrius* abhorrere putabat. In x_2 traditum erat *domos*, quod β mutavit obsoletam esse hanc formam ratus. Mommsenum vero nihil colligere debuisse ex eo, quod *domus* in L^1 repetitur, elucet ex A^1. Neque minus neglegenda est lectio P^2 *patria*; nam manifestum est aliquem lectorem suspicatum esse *patrius* ad *disciplina* pertinere. Rectum esse videtur *vigebat in illa domo mos patrius disciplinā.* Nam sive haec verba iam in Ω haplographia corrupta erant, ut x_1 *animus* legeret, x_2 *domos* scriberet, sive *animus* glossa in Ω orta iudicanda est, *animus patrius* a sententiarum ordine abhorret, cum hoc loco imprimis auctoritas et imperium senis Appii significetur, non solum illius in liberos animus. Neque aliis locis Appii *animus patrius* laudari solet, sed gravitas eius et auctoritas, quam Cicero praecipue Cael. 33 commemorat, cum inter eos, qui *austero more ac modo severe, graviter, prisce agebant,* primum Appium ab inferis revocat. Cato igitur hoc loco, quomodo Appius iure et munere patris familias usus sit quamque patriam potestatem intellexerit, disserere videtur. Maxime enim pressa sunt verba auctoritas et imperium Ex eo, quod Appium omnes timent et verentur, quod universa familia eum carum habet, quod ius suum retinet et ad ultimum spiritum dominatur in suos, elucet Appium sequi patrium illum morem, se-

21) § 31 habent omnes codices *sed sex nestoris* pro *sed ut nestoris*, quod scriptor codicis Ω VI *sex* legerat.

cundum quem omnis domestica potestas penes patrem familias erat. Animum enim patrium etiam alios senes prae se tulisse verisimile est. Nam animus patrius inesse potest etiam seni languido, qui animum non iam intentum tamquam arcum habet. Verbis igitur *animus patrius* demonstrari non possit Appium caecum et senem ius suum auctoritatemque retinuisse. *Vigebat in illa domo patria disciplina*, id quod Dahlius in cod. Leidd. proponit haud scio an non sit rectum; nam neque *domos* vel *domus* ex *domo* neque *patrius* ex *patria* ortum esse credo. *Domo mos* vero haplographia in *domos* facillime coalescere potuisse nemo sit, qui neget. Similiter atque hic Cicero aliis locis morem illum patrium summis laudibus effert velut Verr. 3, 7. Flacc. 15. Sulla 49. prov. cons. 36. Deiot. 28. div. 2, 71. parad. 27. off. 2, 66. de orat. 1, 84; cf. praeterea Q. Rosc. 28 *imperatoris ita erat severa domi disciplina*; S. Rosc. 120 *ex Amerina disciplina patris familiae rusticani*, Cael. 11 *disciplina domestica*; Flacc. 15 *o morem praeclarum disciplinamque, quam a maioribus accepimus. Morem vigere* Cicero etiam ac. 2, 2 dicit (cf. PLAVT. Curc. 299). Catonis vero ipsius morem disciplinamque domesticam simplicem et severam fuisse saepius legimus (cf. Plut. Cato 20).

Ut Turpione Ambivio magis delectatur, qui in prima cavea spectat, delectatur tamen etiam, qui in ultima. p. 148.

Eadem verba legimus apud NON. p. 417. Codices vero Ciceronis alius aliud tradunt:

$PV^2L^2A^2$ ut turpione amuibio (ambiuio L^2A^2) magis delectatur, qui in prima cauea spectat, delectatur etiam, qui in ultima.

V^1 ut turpione amuibio magis delectatur etiam qui in ultima.

b ut turpione ambiuio magis delectatur tamen etiam qui in prima cauea spectat delectatur qui in ultima.

L^1A^1 ut turpione ambiuio magis delectatur qui in ultima.

x_2 habebat verba Ciceronis eadem ac Nonius, etiamsi verisimile est iam in x_2 verba singula lapsu oculorum falso loco collocata fuisse. Nam si in x_2 haec verba item posita erant atque in *b*, β eo facilius a superiore *delectatur* ad alterum *delectatur* potuit aberrare, *b* vero diligentissime verba codicis x_2 recepisse opinari licet. Sin autem in x_2 verba recte posita fuisse quis credat, necesse sit opinari scriptorem codicis *b* ordinem verborum permutasse, β vero ab *qui* ad *qui* aberrasse. x_1 omiserat *tamen*; *P* accurate verba codicis x_1 recepit, *V* vero a *delectatur* ad *delectatur* delapsus est. Hoc loco *b* longe optime verba Ciceronis conservavit. Praeter codicem *b* *tamen* habent H^2 (quo ex exemplari codicis *E* translatum est) *ERMa* Parisini 6342, 6361, 6609, 16303. Apparet *tamen* in hos codices non ex *b* ipso migrasse, sed per alios ex *b* transscriptos libros. *Tamen* in Ω et x_2 exstitisse non possumus negare; quod enim in codice *b* legimus hoc verbum eo loco, ut nemo audeat dicere eo *tamen* irrepsisse interpolatoris alicuius opera, manifestum est *tamen* ex x_2 transscriptum esse. x_2 vero *tamen* coniectura usum adiecisse non est, quod opinemur, quippe cum Nonius item hoc verbum tradat.

PV[22] *$L^2A^2H^1$ Uideamus in studio dimetiendi (demetiendi V)* p. 148.

---

22) Gemoll p. 337 et eum secutus Moore falso dicunt *V* habere *mori uideamus in studio.*

bL¹A¹ Mori uidebamus dimetiendi.

In x_2 *mori* erat traditum, sed deerat *in studio.* Inde Mommsen colligendum esse censebat *mori* esse glossam, quae supra verba *in studio* scripta fuisset; in x_2 verba *in studio* omissa glossamque *mori* receptam esse. Quae opinio non facile possit comprobari. Landgraf[23]) *mori* non probat, quod Galus non uni astronomiae deditus fuisset. Quamquam ipse *mori* scripsit, ei melius placuit *commorari*, ad quod firmandum affert CIC. Brut. 306 *in quo studio etiam commorabar attentius* et orat. 137 *ut una in re haereat in eademque commoretur sententia. Commorari* haud scio an non sit probandum palaeographicis de rationibus. Sed *morari* defenderem, si codex *v*, qui solus *morari* praebet, eam lectionem ex vetusto codice sumpsisset. Quod vero *bLAH²PᵃBEIRSaPᵇ* *mori* tradunt, *morari* sine dubio coniectura codicis *v* est putanda. *Vivere modo videbamus*, quod J. Mueller proposuit[24]) et Moore in sua editione scripsit, nimium differt a codicum lectione. Anz vero verba *in studio* glossam esse ratus non minus audacter quam ingeniose coniecit *vidi amore miro dimetiendi.* Haud scio an ex parte ei assentiri possemus, nisi hic locus sanus esset. Nam si scripsisset *miro videbamus in studio dimetiendi*, opinari possemus *miro* facile ex *mori* potuisse oriri, quod eiusmodi permutationes non sunt rarae. At non sunt corrupta haec verba neque est, cur ea mutemus. Verbum *mori* potest significare id, quod Landgraf opinatur. HOR. epist. 1, 7, 85 legimus *immoritur studiis*, PROP. 1, 10, 5 mori aliquis vehementi amore dicitur. Non poterit negari Ciceronem hic verbo moriendi translate uti potuisse, quippe cum Galus diu noctuque totus in astronomia versaretur; praeterea particula *paene* adducimur, ut hoc opinemur. Neque vero minus licet suspicari hoc verbum esse hoc loco proprie intellegendum, quod *paene* cum *dimetiendi caeli atque terrae* coniungendum esse verisimilius est. Sulpicius Galus, quem eundem Cicero commemorat off. 1, 19 et rep. 1, 21, vir erat litteratus atque subtili doctrina praeclarus, quippe qui litterarum graecarum esset peritissimus (Brut. 78). Idem defectionem solis ante pugnam ad Pydnam commissam praedixit et anno CLXVI consulatu functus est; anno CL, quo Cato eius mentionem facit, eum iam mortuum fuisse ex Catonis verbis elucet. *Nam quotiens illum lux . . ., quotiens nox oppressit . . ., quam delectabat eum defectiones solis et lunae multo ante nobis praedicere* aliter intellegi non potest. Ob eam rem *videamus* non est probandum; huc accedit, ut infra (50) legamus *eos omnes, quos commemoravi, his studiis flagrantes senes vidimus.* Ut hoc loco Cato dicit *mori videbamus* sic legimus infra (50) *quanto studio exerceri in dicendo videbamus etiam senem.* Itaque cum Galus omnia sua consilia ad astronomiam dirigeret et etiam senex iis studiis flagraret, arbitrari licet eum morte in ipsis illis studiis esse oppressum. Ut supra (38) legimus *in his studiis laboribusque viventi* (cf. fin. 3, 20 *vivere in litteris*; de orat. 3, 89 *in studiis detineri*), off. 3, 1 *qui in maxima celebritate viximus*, HOR. epist. 1, 6, 66 *vivas in amore iocisque*, item *mori in aliqua re* dici posse apparet ex his: PLAVT. Trin. 524 *in quinto quoque sulco moriuntur boves*; VAL. MAX. 8, 13 ext. 3 *Xenophilus . . in summo perfectissimae doctrinae splendore extinctus est*; CAPITOL. Gord. 19, 5 *illum quandocumque in summa claritate cito esse moriturum.* AVG. serm. 225, 4 p. 1098 *in ista enim sapientia senescere licet, mori non licet.*

---

23) v. appendicem editionis. 24) Burs. 27 (1881) II p. 126.

PV[25]) *$L^2A^2KH^2$aMa sed haec morbi uitia sunt* p. 154
b sed haec morosi uitia sunt
L^1A^1 sed haec moruitia sunt
H^1P^aBEIRS sed haec morum uitia sunt.

Et *morbi* (*morui*) *uitia* et *moruitia* ex *morū uitia* oriri poterat. *Morbi uitia* ferri hoc loco non potest. Nam neque verbis *in fragili corpore odiosa omnis offensio est*, quae paulo infra legimus, niti potest haec lectio neque loco *tamquam contra morbum sic contra senectutem pugnandum* (§ 35). Nam etsi TER. Phorm. 575 *senectus ipsa est morbus* (cf. SCHOL. Juv. 10, 2, 19), SEN. epist. 108, 28 *senectus enim insanabilis morbus est*, OV. met. 14, 143 *tremuloque gradu* (cf. IVV. 10, 198 *cum voce trementia membra*) *venit aegra senectus* in hanc sententiam afferri possunt, tamen hoc loco morbus inseri non potest in sententiarum serie. Neque magis iracundia et morositas morbi sunt. Nam Cicero ipse fin. 3, 35 interrogat: *quis . . . iracundiam morbum solet dicere?* Ad lectionem *morum uitia* firmandam hi possunt afferri loci: Cato 7 *omnium istius modi querelarum in moribus est culpa, non in aetate*; 10 *nec senectus mores mutaverat*; Tusc. 4, 54 *cum omnia essent in moribus vitia* (cf. PLAVT. Trin. 669 *amor mores hominum moros et morosos facit*). Ne nos quidem negare possumus anxietatem, morositatem, iracundiam morum esse vitia. Si igitur *morum vitia* vetusti codicis lectione firmaretur, non esset, cur dubitaremus. At lectione codicis *b morosi uitia* commovemur, ut, quid in x_2 traditum fuerit, inquiramus. Aut praebebat x_2 *moruitia* (β) aut *morosi uitia* (*b*) aut utramque lectionem. Si *moruitia* erat lectio codicis x_2, *morosi* coniectura est scriptoris codicis *b*, quem *moruitia* mutilatum esse videntem falso supplevisse opinari nobis liceat *morosi*; quae opinio non est omnino reicienda, praesertim cum *morosi* paulo supra legamus. At nullo alio loco habemus, quod *b* quicquam coniecisse suspicemur. Nam scriptor codicis *b* ita non erat pronus ad coniecturas, ut ad verbum exemplar, quo usus est, transscriberet, nisi forte sive oculorum sive calami lapsu erravit. In *b morosi* lapsu oculorum irrepsisse non credo neque censeo coniecturam factam esse in exemplari huius codicis, cum verbis *morosi* et *senectutis* inter se tam plane oppositis multo clarius appareat, quam explorate illud *at sunt morosi senes* refutetur. Cato saepius in hunc modum disputat: 10 *Sua enim vitia insipientes et suam culpam in senectutem conferunt* (hic: morositatem morosi); 35 *at id quidem non proprium senectutis est vitium, sed commune valetudinis*; 36 *quae vitia sunt non senectutis, sed inertis, ignavae, somniculosae senectutis*; ibid. *ista senilis stultitia, quae deliratio appellari solet, senum levium est, non omnium.* Verbis *quae tamen omnia dulciora fiunt et moribus bonis et artibus* haud scio an *morum* non firmetur. Haec verba non possunt pertinere ad *contemni se putant, despici, inludi* neque ad *omnis offensio odiosa est.* Nam haec omnia ne moribus quidem bonis dulciora fiunt, quod neminem umquam iuvat despici, inludi, contemni. Immo Cato dicere vult ea vitia senectutis (i. e. morositatem, anxietatem, iracundiam) dulciora fieri moribus bonis. Senex igitur bene moratus non adeo morositatem senilem prae se feret, ut alios homines offendat. Morum vero vitia moribus bonis tolerabiliora fieri dici non posse apparet. At dicat quis, si morosi defenditur, etiam *anxii et iracundi et difficiles* a Catone repeti potuisse eodem

25) In *V* supra *morbi* legimus glossam *tardi.*

modo, quo infra *haec vitia* verbis *et ea vitia quae dixi* continentur. Ea, quae obici fingit Cato, maxime expressa sunt verbis morosi et avari. Quae sequuntur, ordiuntur a *morosi* (*morositas tamen*) et ab *avari* (*Avaritia vero senilis*). Cetera vitia verbis *ea vitia, quae dixi* coacta et comprehensa sunt, id quod supra (*morosi sunt vitia*) fieri non poterat. Neque debuerunt iterari verba *anxii*, *iracundi, difficiles*, cum ipsa morositate anxietas, iracundia, difficilis animus contineantur, quod elucet ex his: CIC. Tusc. 4, 54 *iracundos solos morosos nominaverunt*; fin. 1, 61 *difficilis lucifugi* (cf. *anxii*), *maledici, morosi* (cf. HOR. carm. 1, 9, 17 *morosa canities*); sat. 2, 5, 90 *difficilem et morosum offendens garrulus ultro*; ars 173 *difficilis, querulus, laudator temporis acti* (cf. SIL. 13, 583 *queribunda senectus*); SPART. Hadr. 11, 3 *uxorem etiam ut morosam et asperam dimissurus.* At interrogari possit, cur Cato non etiam eis respondeat, qui censent avaram esse senectutem ita, ut dicat *sed haec morosi vitia sunt et avari, non senectutis.* Cato reicit prima ea, quae prima obiciuntur. De avaritia vero postea agit (§ 66). Quamobrem non sit nimiae audaciae lectionem codicis *b morosi sunt vitia* proponere et commendare.

p. 155. *PVbLAHP^{a}BEIRSa cum id quod ille sperat hic consecutus est.*
Mueller: *quod id, quod ille sperat, hic consecutus est.*

Kornitzer[26]) miratur, quod Moore ausus est *cum*, quod omnes codices praebent et quod Madvigius, Halmius, Sommerbrodt non sunt aspernati, Lambinianae coniecturae *quod*, quam etiam Mueller probavit, praeferre. Omitto ab auribus respui *quod id, quod ille sperat.* Non est, quod *cum* mutetur. Itaque et Landgrafii coniectura *quoniam* et Anzii lectio *cum . . . consecutus sit* non sunt probandae, quamquam utraque palaeographice intellegi et defendi possit. Moore ad *cum* fulciendum affert CIC. de orat. 2, 154 *quo etiam maior habendus est, cum illam sapientiam cognovit.* Similes loci sunt hi: Quinct. 63 *quod cum ita est* (*LA*); Att. 16, 11, 2 *flamines qui cum omnes sunt a singulis deis cognominati*; fam. 7, 28, 1 *nunc contra et vidisse mihi multum videris, cum prope desperatis his rebus te in Graeciam contulisti* (etiamsi hoc loco Cicero indicativo etiam propter *nunc* uti potuit). Praeterea in codicibus ultimarum undecim librorum Ciceronis epistularum ad fam. saepe *cum causale* cum indicativo traditur, in primis quinque libris semel 5, 20 ed. Ernest. (cf. Lübbert, die Syntax von quom und die Entwicklung der relat. Tempora im Latein; Draeger, Histor. Syntax II p. 679).

---

26) Ephem. philol. Berol. 1905 p. 512.

SPECIMEN EDITIONIS.

M. TVLLI CICERONIS
CATO MAIOR DE SENECTVTE LIBER.

O Tite, si quid ego adiuero curamve levasso, 1 1
quae nunc te coquit et versat in pectore fixa,
ecquid erit praemi?

licet enim mihi versibus eisdem affari te, Attice, quibus affatur Flamininum

ille vir haud magna cum re, sed plenus fidei;
quamquam certo scio non, ut Flamininum,
sollicitari te, Tite, sic noctesque diesque,

novi enim moderationem animi tui et aequitatem teque cognomen non solum Athenis deportasse, sed humanitatem et prudentiam intellego. et tamen te suspicor eisdem rebus quibus me ipsum interdum gravius commoveri, quarum consolatio et maior est et in aliud tempus differunda. nunc autem mihi est visum de senectute aliquid ad te conscribere. hoc enim 2
onere, quod mihi commune tecum est, aut iam urgentis aut certe adventantis senectutis et te et me etiam ipsum levari volo; etsi te quidem id modice ac sapienter sicut omnia et ferre et laturum esse certo scio. sed mihi, cum de senectute vellem aliquid scribere, tu occurrebas dignus eo munere, quo uterque nostrum communiter uteretur. mihi qui-

LOCI ALLEGATI: 1 *Enn. ann. 335 ss. (ed. Vahlen.²)* 6 *Enn. ann. 338* 8 *Enn. ann. 334*
TESTIMONIA: 15 *Char. gramm. I p. 206, 11:* 'modice' Tullius de senectute: etsi te quidem — certo scio

VARIA LECTIO: *Inscriptio (litteris uncialibus data):* Incipit liber Catonis de senectute *P*, M. Tulli(i) Ciceronis (M. T. A. Tullii Ciceronis *L*) Cato maior (vel *intericit V*) de senectute *VbLA* 1 ego adiuuero (adiuto *V*) *Ω*, te adiuuero *P* leuasso *PVA²*, leuauero *bA¹L²* *i. vetus formae insolitae explicatio, addita etiam in PVA* 2 pectore *Ω*, -ra *b* 3 | ec (*erasa N ut vid.*) quid erit pretii (ł premii *V²*) *V¹*, *om. P¹*, & (*corr. in* en *P²*, hec ł ecce *ss. A²*) quid erit pr(a)emii *bALP²* *post* fixa *inseri voluere* & qua deprimeris *V²A²*, *quod deformaverunt ex* & quid erit premii 4 enim mi(c)hi *PV*, enĩ m̄ⁱ (*notae possunt esse manus* 2.) *A*, enim *bL¹* 4 *et* 7 flamininum (-mum *corr. in* -num *b*) *Ω*, flaminum *V¹* 6 haud *PV²bL²A*, aut *V¹L¹* plenus *Ω*, *om. b* 7 certo (*sic*) *Ω* 9 cognomen non solum (*sic*) *Ω*, non cognomen solum *edd.* 10 tamen te (te *del. A²*) *Ω*, tamen (*om.* te) *L* 11 (e)isdem *PVbL²A²*, et (ł te *ss. A²*) hisdem *L¹A¹* 13 mihi est uisum *VbLA*, uisum est mihi *P* conscribere *Ω*, scribere *b* 14 onere *VbAP²L²*, honore *P¹L¹* urgentis *PVb*, surgentis *L¹ et A¹ ut vid.* aduentantis *Ω*, autuentantis *b* 15 et te et me *Ω*, et temet *V¹ ut vid.* etiam *bLA*, *om. PV*, *del. A²* etsi te quidem *PVL²A²*, etsi te qui *bL¹*, aeque (*an* -i) *A¹* sicut *Ω*, sic *Charisi codex* 16 certo *Charisi codex bLP²A²*, certe *P¹VA¹*; *cf. l. 7* 17 mihi *PVL*, m̄ⁱ *A*, mi *b*

dem ita iucunda huius libri confectio fuit, ut non modo omnes absterserit senectutis molestias, sed effecerit mollem etiam et iucundam senectutem. numquam igitur digne satis laudari philosophia poterit,
3 cui qui pareat, omne tempus aetatis sine molestia possit degere. sed de ceteris et diximus multa et saepe dicemus; hunc librum ad te de senectute misimus. omnem autem sermonem tribuimus non Tithono, ut Aristo Cius (parum enim esset auctoritatis in fabula), sed M. Catoni seni, quo maiorem auctoritatem haberet oratio; apud quem Laelium et Scipionem facimus admirantes, quod is tam facile senectutem ferat, eisque eum respondentem. qui si eruditius videbitur disputare, quam consuevit ipse in suis libris, attribuito litteris Graecis, quarum constat eum perstudiosum fuisse in senectute. sed quid opus est plura? iam enim ipsius Catonis sermo explicabit nostram omnem de senectute sententiam.

2 4 *Scipio.* Saepe numero admirari soleo cum hoc C. Laelio quom ceterarum rerum tuam excellentem, M. Cato, perfectamque sapientiam, tum vel maxume, quod numquam tibi senectutem gravem esse senserim, quae plerisque senibus sic odiosa est, ut onus se Aetna gravius dicant sustinere.

Cato. Rem haud sane difficilem, Scipio et Laeli, admirari videmini. quibus enim nihil est in ipsis opis ad bene beateque vivondum, eis omnis aetas gravis est; qui autem omnia bona a se ipsi petunt, eis nihil malum potest videri, quod naturae necessitas adferat. quo in genere est in primis senectus; quam ut adipiscantur omnes optant, eandem accusant adepti; tanta est stultitiae inconstantia atque perversitas. obrepere aiunt eam citius, quam putavissent. primum quis coegit

TEST.: 1 *Non. p. 347:* 'molle' dulce iucundum . . . M. Tullius . . . de senectute: omnis — molestias, sed etiam effecerit mollem — senectutem 10 *Char. gramm. I p. 198, 28:* 'eruditius' Cicero de senectute: qui si er. — in suis libris

1 absterserit Ω, -ris *Noni codd.* 2 sed eff. mollem etiam Ω, sed etiam effecerit *Noni codd.* 2 effecerit Ω, eficerit *b* iucundam Ω, iundam L^1, iocundam L^2 3 igitur digne satis laudari (sati laudare A^1) Ω, laudari igitur (igitur laudari P^2) satis digne *P* 4 qui pareat PVA^2, qui (que A^1) parat A^1L^1, qui paret *b* possit Ω, *at* P^2 *s. s.* pote; *scripsitne Cicero* pote sit? 6 тiтhono Ω, sit homo L^1 7 ut aristo chius (Cius *Müller,* ceus *R*) bL^1AE, aut aristo PL^2, ut aristoteles *V* auctoritatis Ω, -tas (*s. s.* ✝ tis) *P* 8 seni Ω, reni *b* 9 is tam A^2, istam Ω 10 uidebitur Ω, uidebit *b* 11 suis libris Ω et *Charisi codex*, libris suis *P* attribuito P^1V, id tribuito (-tur A^1, -bulato *b*) bL^1A^1, id attribuito $P^2A^2L^2$ 13 explicabit *PV*, -uit *bLA* 15 g. laelio PL^2A^2, laelio VbL^1A^1 ceterarum Ω, cet&erarũ *b* 16 sapientiam $V^1bL^1A^1$, patientiam (patientientiam P^1) $P^2V^2L^2A^2$ 17 tum uel maxime $PLAV^2$, dutaxat (*hoc deletum*) dũ maxime uel *b* 18 onus Ω, honus P^1 20 sane difficilem scipio et l(a)eli (leli ≡ *nescioqua erasa V*) *VbLA*, sane scipio et laeli difficilem *P* 21 eis Ω, is *V* 22 ipsi Ω, ✝ ipsis *s. s.* A^2 eis bLA^1, iis PVA^2 23 malum potest *VbLA*, potest malum *P* 24 adipiscantur Ω, adep- V^1b 25 adepti bL^1A^1, adeptam PVL^2A^2 26 obrepere Ω, -reppere L^1A^1 putauissent *sic* Ω, *nota clausulam* primum quis Ω, primitiuis A^1 coegit Ω, cogit *L*

eos falsum putare? qui enim citius adulescentiae senectus quam pueritiae adulescentia obrepit? deinde qui minus gravis esset eis senectus, si octingentesimum annum agerent quam si octogesimum? praeterita enim aetas quamvis longa cum effluxisset, nulla consolatio permulcere posset stultam senectutem. quocirca si sapientiam meam admirari soletis (quae utinam digna esset opinione vestra nostroque cognomine!), 5
in hoc sumus sapientes, quod naturam optumam ducem tamquam deum sequimur eique paremus; a qua non veri simile est, quom ceterae partes aetatis bene discriptae sint, extremum actum tamquam ab inerti poeta esse neglectum. sed tamen necesse fuit esse aliquid extremum et tamquam in arborum bacis terraeque fructibus maturitate tempestiva quasi vietum et caducum, quod ferundum est molliter sapienti. quid est enim aliud Gigantum modo bellare cum dis nisi naturae repugnare?

Laelius. Atqui, Cato, gratissumum nobis, ut etiam pro Scipione 6
pollicear, feceris, si, quoniam speramus, volumus quidem certe senes fieri, multo ante a te didicerimus, quibus facillume rationibus ingravescentem aetatem ferre possimus.

Cato. Faciam vero, Laeli, praesertim si utrique vestrum, ut dicis gratum futurum est.

Laelius. Volumus sane, nisi molestum est, Cato, tamquam longam aliquam viam confeceris, quam nobis quoque ingrediundum sit, istuc, quo pervenisti, videre quale sit.

Cato. Faciam, ut potero, Laeli. saepe enim interfui querelis aequa- 3 7
lium meorum (pares autem vetere proverbio cum paribus facillume congregantur), quae C. Salinator, quae Sp. Albinus, homines consulares, nostri fere aequales, deplorare solebant, tum quod voluptatibus carerent, sine quibus vitam nullam putarent, tum quod spernerentur ab eis, a quibus essent coli soliti. qui mihi non id videbantur accusare, quod esset accusandum. nam si id culpa senectutis accideret, eadem

---

TEST.: 12 *Non. p. 347:* 'molle' leve, contemnendum: . . . M. Tullius de senectute: quod — sapienti

---

1 qui enim Ω, ✝ quid *addidit* A^2 adulescentiae (adol- VL^2, adulis- *A*) senectus quam pueritiae adulescentia (adulis- *LA*) *PVLA*, adolescentiae *ceteris omissis b* 2 obrepit Ω, -reppit LA^1 eis $VbLA^1$, iis PA^2 3 quam si $bP^2L^2A^2$, quasi L^1A^1, quam P^1V 9 discriptae VL^1A, descr- PbL^2 sint Ω, sunt L^1 11 bacis Ω, pacis *b* 12 uietum Pb^2A^2, uigetum VL^2, uetum L^1A^1, u&iua b^1 ferundum *Noni codd. PV*, -andum *b*, -endum *LA* est Ω, *om. b* 13 modo Ω, more *s. s.* A^2 dis *P*, diis *VbLA* 14 Atqui $PVbA^2$, At quia LA^1 scipione Ω, cipione A^1 15 feceris Ω, faceris L^1 16 multo $PVbL^2$, ut multo L^1A a te didicerimus (ded- *L*) Ω, adidicerimus *b* 20 tamquam VbL^1A^1, *om. P*, *del.* L^2A^2 21 ingrediundum P^1bLA, -endum P^2V istuc *sic* Ω 22 quo PVA^2, quod bLA^1 23 interfui Ω, interdū *b* 24 autem Ω, aū eorū *b* 25 C. Ω, G. *L* salinator PVL^2A^2, salintor *b*, intor L^1A^1 quae Ω, qua b^1 sp. *P*, spurius *VbLA* albinus Ω, -nis L^1 26 tum Ω, tunc *b* uoluptatibus Ω, -ates P^1 27 tum Ω, dū *b* 28 eis Ω, iis P^1A^2 qui mihi non id $PVb^2L^2A^2$, qui id b^1, qui mihi non L^1A^1 29 esset Ω, -ent *b* accideret Ω, acced-L^1

mihi usu venirent reliquisque omnibus maioribus natu, quorum ego multorum cognovi senectutem sine querela, qui se et libidinum vinculis laxatos esse non moleste ferrent nec a suis despicerentur. sed omnium istius modi querelarum in moribus est culpa, non in aetate. moderati enim et nec difficiles nec inhumani senes tolerabilem senectutem agunt. inportunitas autem et inhumanitas omni aetati molesta est.

8 *Laelius.* Est, ut dicis, Cato; sed fortasse dixerit quispiam tibi propter opes et copias et dignitatem tuam tolerabiliorem senectutem videri, id autem non posse multis contingere.

Cato. Est istuc quidem, Laeli, aliquid, sed nequaquam in isto sunt omnia. ut Themistocles fertur Seriphio quoidam in iurgio respondisse, quom ille dixisset non eum sua, sed patriae gloria splendorem assecutum: 'nec hercule', inquit, 'si ego Seriphius essem, nec tu si Atheniensis, clarus umquam fuisses.' quod eodem modo de senectute dici potest. nec enim in summa inopia levis esse senectus
potest ne sapienti quidem nec insipienti etiam in summa copia non
9 gravis. aptissuma omnino sunt, Scipio et Laeli, arma senectutis artes
exercitationesque virtutum, quae in omni aetate cultae, quom diu multumque vixeris, mirificos efferunt fructus, non solum quia numquam deserunt ne extremo quidem tempore aetatis (quamquam id quidem maxumum est), verum etiam quia conscientia bene actae vitae multo-
4 10 rumque bene factorum recordatio iucundissuma est. ego Q. Maximum,
eum qui Tarentum recepit, senem adulescens ita dilexi, ut aequalem; erat enim in illo viro comitate condita gravitas, nec senectus mores

TEST.: 10 *Char. gramm. I p. 208, 17:* 'nequaquam' ▤ de senectute: est istud quidem — concedendum fuit

1 uenirent *edd.*, euenirent *Ω* reliquisque *Ω*, -quae L^1 natu *Ω*, nata L^1 2 *a verbis* cognovi senectutem *ad verba* tolerabilem senectutem *v. 5 aberravit* P^1 *omisitque, quae intersunt a* sine querela *usque cum* tolerabilem senectutem; *omissa bis supplevit* P^2 *et in margine inferiore et in sinistro (hic partes versuum maiores iam abscisae sunt)* qui se *Ω*, quis se L^1 3 despicerentur P^2VL^2, disp- bL^1A 4 non in *Ω*, non L^1 (a)etate *Ω*, ęatam *b* 5 nec *Ω*, *sed* ec *a* V^2 *in rasura scriptae* difficiles *Ω*, -eles A^1 6 inhumanitas *Ω*, humanitas *b* 7 tibi *Ω*, tib▤i (*erasa nescioqua*) *P* 8 opes et *Ω*, oper& L^1 copias *Ω*, copies *A* tuam *Ω*, *om.* V^1L^1 10 *sic ut dedi Ω*, est istud quidem, Laeli, aliquid, sed nequaquam tibi concedendum fuit *Charisi cod.* istuc PA^2 (*ante* quidem!), istud *Charisi cod.* $VbLA^1$ quidem *Ω*, quem L^1 aliquid *Ω*, aquid L^1 sed *Ω*, se A^1 sunt *VbLA, om. P* 11 seriphios & non eum sua *ceteris praeteritis b* 12 sua $PVbL^2A^2$ suae A^1, *om.* L^1 gloria $PVbL^2A^2$, gloriae L^1A^1 13 hercule inquit (-id bL^2) si $P^2VbL^2A^2$, hercule inquidi P^1, herculem quid si L^1A^1 seriphius *Ω*, serephius *V* essem VbL^1A (*cf. Madvig. opusc. II p. 274*), essem ignobilis PL^2 14 atheniensis L^1A, atheniensis esses $PVbL^2$ 15 in summa (-ma *in ras. scr.* L^2) *Ω*, de summa A^1 16 potest *Ω*, *om.* V^1 ne sapienti PV^2, nec sapienti V^1bLA 17 senectutis *Ω*, -tes A^1 18 omni *Ω*, omnia *b* 19 efferunt (efe- L^1A^1) *bLA*, haec ferunt *V*, ecfecerunt *corr. in* efferunt *P* 22 quintum *scr. litteris Ω*, quindũ *b* 23 adulescens *PVA*, adolescens *b*, aduliscens *corr. in* adol- *L* 24 comitate *Ω*, cum aetate A^2 grauitas PVL^2A^2, uirtus grauitas *b*, uirtus grauis L^1A^1

mutaverat; quamquam eum colere coepi non admodum grandem natu, sed tamen iam aetate provectum. anno enim post consul primum fuerat, quam ego natus sum, cumque eo quartum consule adulescentulus miles ad Capuam profectus sum quintoque anno post ad Tarentum. quaestor deinde †aedilis quadriennio post factus sum †praetor, quem magistratum gessi consulibus Tuditano et Cethego, quom quidem ille admodum senex suasor legis Cinciae de donis et muneribus fuit. hic et bella gerebat ut adulescens, quom plane grandis esset, et Hannibalem iuveniliter exultantem patientia sua molliebat; de quo praeclare familiaris noster Ennius:

Oenus homo nobis cunctando restituit rem:
noenum rumores ponebat ante salutem.
ergo postque magisque viri nunc gloria claret.

Tarentum vero qua vigilantia, quo consilio recepit! quom quidem me 11
audiente Salinatori, qui amisso oppido fugerat in arcem, glorianti atque ita dicenti: 'mea opera, Q. Fabi, Tarentum recepisti': 'Certe', inquit ridens, 'nam nisi tu amisisses, numquam recepissem.' nec vero in armis praestantior quam in toga; qui consul iterum Sp. Carvilio collega quiescente C. Flaminio tribuno plebis, quoad potuit, restitit agrum Picentem et Gallicum viritim contra senatus auctoritatem dividenti: augurque quom esset, dicere ausus est optumis auspiciis ea geri, quae pro rei publicae salute gererentur; quae contra rem publicam ferrentur, contra auspicia ferri. multa in eo 12
viro praeclara cognovi, sed nihil admirabilius, quam quo modo ille

---

11 *ss. Enn. ann. 370 ss.*

TEST.: 8 *Non. p. 301:* 'exultare' gloriari cum iactantia . . . M. Tullius . . . de senectute: et Hannibalem — molliebat. *p. 347*: 'molle' placidum . . . M. Tullius de senectute: et Hann. — molliebat. 18 *Char. gramm. I p. 224, 10:* 'viritim' Cicero de senectute: Sp. Caruilio . . . C. Flaminio — diuidenti.

---

1 mutauerat *Ω*, -erunt L^1 2 consul *Ω*, consulatum PL^2 3 cumque *Ω*, cum quo $P^2L^2A^2$ eo *Vb*, ego *PLA* quartum P^1, quarto P^2VbLA adulescentulus *Ω*, adol- bL^2 4 ad *Ω*, apud *V* tarentum *Ω*, ter- A^1 5—6 *ut supra dant PV* (p̄τur *V*), *expleverunt* L^2A^2, quaestorquem (-qm̃ L^1, -quõ A^1) magistratum gessi bL^1A^1; quaestorque mag. gessi *Mommsen* 6 cethego *P*, cheth- *VbLA* 7 cinci(a)e (cinthie A^2) de *Ω*, cinaede V^1 8 adulescens *Ω*, adol- bP^2L^2 (h)an(n)ibalem *Ω*, anibale *b* 11 Unus *Ω* homo qui (qui *del.*) *P*, homo L^2, qui VbL^1A; *cf. cetera de versu Enniano testimonia* 12 noenum *Lachmann* (*comment. ad Lucret. p. 150, cf. Vahlen, Mus. Rh. 16 p. 584, Leo, Plaut. Forsch. p. 305*), Non enim *Ω* 14 recepit *Ω*, recipit L^1 15 salinatori *Ω*, -tor *b* fugerat $PV^2L^2A^2$, fuerat $V^1bL^1A^1$ arcem *edd.*, arce (arche L^1A^1) *Ω* 16 quinte *scr. litteris* PVL^2A^2, *om.* bL^1A^1 17 tu *PV*, *om. b*, tu hic (hic *del.* L^2A^2) L^1A^1 18 spurio *scr. litteris Ω* 19 caruilio *Ω*, cauilio *V* collega quiescente *Ω*, *om. Charisi codex* 19 C. *PVbA*, G. *L* flam(m)inio *Ω*, -ino P^1 tr. plb. (*partim uncialibus litteris*) *Ω* 20 ga(l)licum *Ω*, call- P^1 *ut vid.* 21 optumis *P*, -imis *VbLA* 22 pro (pro *supra v.* P^1) rei p. (publicae *L*) *Ω*, pro rei V^1 contra r. p. *Ω*, contra p. r. *A* 23 ferrentur PVL^2A^2, ferentur bL^1A^1 in eo *Ω*, enim *b* 24 cognoui *Ω*, quęnoui *V* nihil bL^1A, nihil est PVL^2

mortem Q. filii tulit, clari viri et consularis. est in manibus laudatio, quam quom legimus, quem philosophum non contemnimus? nec vero ille in luce modo atque in oculis civium magnus, sed intus domique praestantior.

---

1 *cf Vollmer, laud. fun. Rom. hist. et rel. p. 481*

---

1 Q. filii *scripsi*, marci (M. *P*) filii *Ω*, filii *V* 2 quem *Ω*, que *V*[1] *ut vid.* 1 philosophum *Ω*, philophum *b* 3 ciuium *Ω*, ciuiuū *b*

VITA.

Natus sum Carolus Simbeck Unterauerbachii, in vico Palatii superioris pridie Nonas Februar. anni p. Chr. n. MDCCCLXXXII. Fidei addictus sum catholicae. Undecim annos natus adii gymnasium Mettenense ibique maturitatis testimonium nactus autumno anni MCMII, cum unum annum in Lyceo Ratisbon. ad studia philosophica incubuissem, Almam Matrem Monacensem petivi, ubi per sex semestria philosophicis et philologicis studiis me dedi. Docuerunt me viri clarissimi J. de Müller, Furtwängler †, Weyman, Vollmer, Crusius, Traube †, Grauert, de Heigel, de Hertling, de Pöhlmann, Krumbacher †, Muncker, Paul, Kuhn, Hell. Exercitationibus philologicis ut interessem benigne permiserunt de Müller et Weyman. Omnibus his viris gratias ago maximas, praecipue Vollmero, qui me in conscribendo hoc opusculo consilio et opera benevolentissime adiuvit. Autumno anni MCMV examine pro facultate docendi superato nonnullos annos in schola privata Nicolai Römeri Monacensis pueris instituendis operam dedi, tum paene duos annos in operis Thesauri linguae Latinae fui, nunc in Gymnasio Cambodunensi magistri munere fungor.